PARATITLA ET ANIMADUERSIONES IN LIBROS QUINQUAGINTA ...

Bernard Automne, Giovanni Battista Coccini, ...

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
14 G
26

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

26
C
56

13.1.2.D.15

Digitized by Google

Digitized by Google

PARATITLA
ET
ANIMADVERSIONES
IN LIBROS QVINQVAGINTA
Digeſtorum, ſeu Pandectarum,
& in libros Codicis,
his ſimiles.

OPVS BERN. AVTVMNI
Nitiobrigis in Senatu Burdegalenſium Patroni.

Ex legato Ill.^mi Coccini

PARISIIS,
Apud ROBERTVM FOÜET, via Iacobæa, ſub Occaſionis ſigno.

1607.

Cum Priuilegio Regis.

Digitized by Google

Digitized by Google

REGINAE MARGARETÆ,

D. D. D.

BERNARDVS AVTVMNVS.

ANTIQVISSIMI *poëtæ Palladem armatam finxerunt*, (SERENISSIMA REGINA) *vt oſtenderent in regibus & principibus bellicam virtutem cum ſapientia & ſcientia coniunctam & copulatam eſſe oportere; ob quam cauſam priſci illi heroes cognitionem omnium*

Digitized by Google

ſcientiarum ſibi vindicarunt, bellica arte iniuria propulſatur, togata verò ciuitates optimis legibus temperantur, illa qua vita beata fruimur longe præſtantior eſt. Nam quamuis Themiſtocles iure laudetur, & ſit eius nomen, quàm Solonis illuſtrius, citeturque Salamis clariſsimæ teſtis victoriæ, quæ anteponatur conſilio Solonis ei, qui primum conſtituit Areopagitas, non minus præclarum hoc, quam illud iudicandum eſt, illud enim ſemper profuit, hoc ſemper proderit, hoc cõſilio leges Atheniẽſium, hoc maiorum inſtituta ſeruantur. & cum virtus bellica ſemper in Gallia floruerit, teſte Horatio. ad Auguſtum

Te non paucntis funera Galliæ,
Duræque tellus audit Iberiæ.

Et diſciplina militaris hæc noſtra exemplar ſit exteris nationibus, diſcant etiam à Gallis quibus legibus, & conſtitutionibus regendæ ſint reſpublicæ, nam facillimè reſecare poſſumus ſqualentem illam ſyluam legum Romanarum, quæ à moribus noſtris aliena eſt, quinqueuiri ad id munus eliganter à te (inclyta regina) virtute & ſcientia legum illuſtres, & hoc pacto immortalem gloriam tibi comparabis, & licet viginti ſeptem Reges Galliæ, maiores tui rebus præclare geſtis in bello floruerint, altera virtute non inferior eris, & vt credas me in his quæ tibi ſuadeo aliquid noſſe, (vt Themidi) Paratitla hæc tibi offero, quibus perſpici poteſt, ius ciui-

Digitized by Google

le in artem , & vſum quotidianum redigi poſſe.

Vale, Lutetiæ, pridie idus Martis. a partu Deiparæ Virginis anno 1607.

Digitized by Google

EPISTOLA.

LECTORI, S. P. P.

BERNARDVS AVTVMNVS.

DIV multumque cogitans, (amiciſſime Lector) cur ad titulos pãdectarũ κατὰ πόδα, Id eſt paratitla imperator Iuſtinianus edi voluerit, commentarios prohibuerit: plerique tamen ingentes, immanes, & inſanos commentarios extruant, paratitla nullus. primi compoſuere ſummas, deinde breues gloſſas, alii titulorum expoſitiones, alii breuia monita, quę paratitla vocant. ſed non ſufficientibus his, decreui ego aliquid contribuere. nam aborigines illi interpretes rudi orbe habuere pro derelicto ſecretoria quæque diſciplinarum

Digitized by Google

omnium arcana, quæ ſeculis noſtris reperta, & perſpecta ſunt.

Quippe aliter tunc orbe nouo, cœloque recenti,
Viuebãt homines, qui rupto robore nati,
Compoſitique luto, nullos habuere parentes.

Et quicquid dicebatur ab illis, legẽ alii putabant, nihil præterea dicam de AZONE, Hugolino, Irnerio, Martino, Brantio, Frigio, Vueſenueſchio, Duareno, Hothomano, & aliis maioris abollæ Iuriſperitis, ipſi ſatis ſeſe oſtendunt. Cuiacius Iuriſconſultorum Coryphœus mihi negotium faceſſere videtur, adeo vt labos iſte plane ignobilis appareat, certum eſt Argum illum, & Cẽtimanum Cuiacium non vidiſſe, nec tetigiſſe omnia. noui enim ſemper ſcriptores, aut in rebus certius aliquid allaturos ſe, aut ſcribendi arte rudem vetuſtatem ſuperaturos credunt. Ideo

eorum diſputationes, obſeruationes, & diſpunctiones huc illuc diſperſas, meas etiam animaduerſiones libello huic inſerui. quem

Tincta tegit roſeo conchylis purpura fuco,
Hæc veſtis priſcis hominum variata figuris,
Heroum mira, virtutes indicat arte.

Vale. Lutetiæ pridie nonas Martis. M. DC. VII.

Digitized by Google

INDEX TITVLORVM PER LITERAS.

DE Abigeis, 314
de Acceptilationibus, 301
de Accuſationibus & inſcriptionibus, 323
de Actione rerum amotarum, 334
de Actionibus empti & venditi, 101
de Ademptione libertatis, 252
Ad exhibendum. 61
de Adimendis vel transferendis legatis vel fidei commiſſis, 199
Ad legem Aquiliam, 55
Ad legem Corneliam de ſiccariis & veneficiis, 328
Ad legem falcidiam, 210
Ad legem Iuliam de adulteriis, 326
Ad legem Iuliam de vi priuata, 328
Ad legem Iuliam de vi publica, 327
Ad legem Iuliam maieſtatis, 324
Ad legem Iuliam peculatus, & de ſacrilegiis & reſiduis, 336
Ad legem rhodiam de iactu, 83
De adminiſtratione & periculo tutorum, & curatorum qui geſſerint, vel non: & de agentibus vel conueniendis vno vel pluribus, 146
De adminiſtratione rerum ad ciuitates pertinētium: 369
Ad municipalem & de incolis, 363

Digitized by Google

De adoptionibus & emancipationibus, & aliis modis quibus poteſtas ſoluitur, 186
De acquirenda vel amittenda poſſeſſione, 259
De Aquirenda vel omittenda hæreditate, 173
De Acquirendo rerum dominio, 258
Ad S.C. Tertyllianum & Orphitianum, 241
Ad S. C. Trebellianum, 211
Ad S. C. Turpilianum, & de abolitionibus criminum, 341
Ad S. C. Velleianum, 89
De Ædilicio edicto & redhibitione & quanti minoris, 109
De Æſtimatoria, 103
De Agnoſcendis & alendis libertis, vel parentibus, patronis, vel libertis, 136
De Albo ſcribendo, 366
De Aleatoribus, 66
De Alienatione iudicij mutandi cauſa facta, 28
De Alimentis vel cibariis legatis, 195
De Annuis legatis & fideicommiſſis, 184
An per alium cauſę appellationum reddi poſſunt, 356
De appellationibus & relationibus, 357
De appellationibus recipiendis vel non, 354
Apud eum à quo appellatur aliam cauſam agere compellendum, 358
de Aqua quotidiana & æſtiua, 281
de Aqua & aqua pluuia arcenda, 244
A quibus appellari non licet, 353
de Arboribus cædendis, 286
Arborum furtim cæſarum, 309
de Aſſignandis libertis, 232
de Auctoritate & conſenſu tutorum & curatorum, 14

Digitized by Google

de Auro, argento, mundo, ornamentis, vnguentis, veſte, vel veſtimentis & ſtatuis legatis, 198

B

de Bonis auctoritate iudicis poſſid. 268
de Bonis damnatorum, 346
de Bonis eorum qui ante ſententiam vel mortem ſibi conſciuerunt, vel accuſatorem corruperunt, 347
de Bonis libertorum, 230
de Bonorum poſſeſſione contra tabulas, 221
de Bonorum poſſeſſione ex teſtamento militis, 227
de bonorum poſſeſſione furioſo, infanti, muto, ſurdo, cæco competente, 221
de Bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas, 226
de Bonorum poſſeſſionibus, 218

C

de Cadaueribus punitorum, 350
de Calumniatoribus, 17
de Capite minutis, 26
de Captiuis & de poſtliminio, & de redemptis ab hoſtibus, 360
de Carboniano edicto, 225
de Caſtrenſi peculio, 362
de Cenſibus, 375
de Ceſſione bonorum, 266
de Cloacis, 283
de Collationibus bonorum, 222
de Collatione dotis, 222
de Collegiis & corporibus, 321
de Colluſione detegenda, 258
Commodati vel contra, 80
Communia prædiorum tam vrbanorum quàm

ruſticorum, 53
Communi diuidundo, 61
de Compenſationibus, 90
de Concubinis, 139
de Concuſſione, 314
de Conditionibus & demonſtrationibus, & cauſis, & modis eorum quæ in teſtamento ſcribuntur, 207
de Conditionibus inſtitutionum, 170
de Condictione cauſa data, cauſa non ſecuta, 73
de Condictione ex lege, 78
de Condictione furtiua, 79
de Condictione indebiti, 75
de Cōdictione ob turpē vel iniuſtā cauſam, 74
de Condictione ſine cauſa, 76
de Condictione triticaria, 78
de Confeſſis, 265
de Confirmando tutore vel curatore, 142
de Coniungēdis cũ emancipato liberis eius, 224
de Conſtituta pecunia, 79
de Contrahenda emptione, & de pactis inter emptorem & venditorem compoſitis, & quæ res væ nire non poſſunt, 96
de Contraria tutela & vtili actione, 154
de Curatore bonis dando, 270
de Curatoribus furioſo, & aliis extra minores dandis, 160
de Cuſtodia & exhibitione reorum, 324

D

De damno infecto, & de ſuggrundis & protectionibus, 243
de Decretis ab ordine faciendis, 370
de Decurionibus & filiis eorum, 365
Depoſiti vel contra, 91

de Diſtractione pignorum & hypothecarum, 108
de Diuerſis temporalibus præſcriptionibus, & de acceſſionibus poſſeſſionum, 293
de Diuerſis regulis iuris antiqui, 377
de Diuiſione rerum & qualitate, 387
de Diuortiis & repudiis, 129
de Doli mali & metus exceptione, 293
de Dolo malo, 22
de Donationibus, 247
de Donationibus inter virum & vxorem, 128
de Dote prælegata, 187
de Duobus reis conſtituendis, 297

E

de Edendo, 413
de Effractoribus & expilatoribus, 318
de Eo per quem factum erit quominus quis in iudicio ſiſtat,
de Eo qui pro tutore proue curatore negotia geſſit, 155
de Eo quod certo loco dari oportet, 79
de Euictionibus & duplæ ſtipulatione, 110
Eum qui appellauerit in prouincia defendi, 357
de Exceptione rei iudicatæ, 292
de Exceptionibus, præſcriptionibus, & præiudiciis, 290
de Exceptione rei venditæ & traditæ, 111
de Excuſationibus, 151
de Exercitoria actione, 82
Expilatæ hæreditatis, 318
Ex quibus cauſis maiores XXV. annis in integrum reſtituantur, 27
de Extraordinariis criminibus, 312

Digitized by Google

F

Familiæ erciſcundæ, 59
de Feriis & dilationibus & diuerſis temporibus, 417
de Fideicommiſſariis libertatibus, 252
de Fideicommiſſaria hæreditatis petitione, 39
de Fideiuſſoribus & mandatoribus, 298
de Fideiuſſoribus & nominatoribus & hæredibus tutorum & curatorum, 156
de Fide inſtrumentorum & amiſſione eorum, 117
Finium regundorum, 58
de Fluminibus ne quid in flumine publico ripaue eius fiat, quominus nauigetur, 277
de Fonte, 282
de Formulis & impetrationibus actionum ſublatis,
de Fugitiuis, 65
de Fundo dotali, 127
de Furibus balneariis, 317
de Furtis, 305
Furti aduerſus nautas, caupones, ſtabularios, 308

G

de Glande legenda, 286
de Gradibus & adfinibus, & nominibus eorum, 237

H

de Heredibus inſtituendis, 167
de Hereditate vel actione vendita, 99
de Hereditatis petitione,
de His quæ in teſtamento delentur, inducuntur vel inſcribuntur, 166
de His quæ pœnæ nomine relinquuntur, 202
de His quæ pro non ſcriptis habentur, 207

de His quæ vt indignis auferuntur, 207
de His qui effuderint vel deiecerint, 57
de His qui notantur infamia, 8
de His qui ſui vel alieni iuris ſunt, 385
de Homine libero exhibendo, 287

I

de Impenſis in res dotales factis, 135
de In diem addictione, 95
de Inſtoria actione, 83
de Inſpiciendo ventre cuſtodiendoque partu, 137
de In litem iurando, 73
de In rem verſo, 88
de Iniuſto rupto, 166
de Inſtructo fundo vel inſtrumento legato, 192
de Interdictis ſiue extraordinariis actionibus quæ pro his competunt, 272
de Interrogationibus in iure faciendis, & interrogatoriis actionibus, 63
de Inofficioſo teſtamento, 34
de Iuriſdictione, 399
de Iuſtitia & iure, 380
de Iniuriis & famoſis libellis, 310
de Interdictis & relegatis, & deportatis, 348
de Incendio, ruina, naufragio, rate, naue expugnata, 310
de In ius vocando, 412
In ius vocati vt eant, aut ſatis vel cautũ dent, 418
de In integrum reſtitutionibus, 19
In quibus cauſis pignus vel hypotheca tacitè, 106
Iudicatum ſolui, 302
de Iudiciis & vbi quiſque agere vel conueniri debeat, 32
de Iure aureorum annullorum, 254
de Iure codicillorum, 180

de Iure deliberandi, 177
de Iure dotium, 125
de Iure fiſci, 359
de Iure immunitatis, 368
de Iureiurando ſiue voluntario, ſiue neceſſario, ſiue iudiciali, 72
de Iure patronatus, 228
de Iuris & facti ignorantia, 121
de Itinere actuque priuato, 281

L

de Lege Iulia repetundarum, 334
de Lege commiſſoria, 96
de Legatis & fideicommiſſis, 181
de Legationibus, 369
de Legatis præſtandis contra tabulas bonorum poſſeſſione petita, 221
de Lege Fabia de plagiariis, 339
de Lege Iulia ambitus, 337
de Lege Iulia de annona, 336. de Lege Cornelia de falſis, & de S.C. Liboniano, 333
de Lege Pompeia de parricidiis, 331
de Legibus ſenatuſque conſultis, & longa conſuetudine, 382
de Legitimis tutoribus, 143
de Libellis demiſſoriis, qui Apoſtoli dicũtur, 355
de Liberatione legata, 198
de Liberis & poſthumis hęredibus inſtituendis, vel exhęredandis, 164
de Liberali cauſa, 256
de Liberis exhibendis, item ducendis, 287
de Libertis vniuerſitatum, vel municipum, 131
de Litigioſis, 294
Locati & conducti, 102
de Locis & itineribus publicis, 276

Digitized by Google

de Loco publico fruendo', 276

M

Mandati vel contra 93
de Manumiſſionibus, 249
de Magiſtratibus conueniendis, 157
de Manumiſſis vindicta, 250
de Manumiſſionibus quæ ſeruis ad vniuerſitatem pertinentibus imponuntur, 251
de Manumiſſis teſtamento, 251
de Mortuo inferēdo & ſepulchro ędificando, 69
de Mortis cauſa donationibus & capionibus, 248
de Minoribus xxv. annis, 23
de Migrando, 288
de Muneribus & honoribus, 366

N

de Natalibus reſtituendis, 255
Nautæ, caupones, ſtabularij vt recepta reſtituant 31
de Nautico fœnore, 114
Ne quid in flumine publico fiat, quo aliter aqua fluat, atque priore æſtate fluxit, 278
Ne quid in loco ſacro fiat, 275
de Negotiis geſtis, 15
Ne quid in flumine publico fiat, quo aliter aqua fluat atque priore æſtate fluxit, 278
Ne quid in loco publico vel itinere fiat, 276
de Negotiis geſtis, 15
Ne quis eum qui in ius vocabitur vi eximat, 409
Ne de ſtatu defunctorum poſt quinquennium quæratur, 257
Ne vis fiat ei qui in poſſeſſionem miſſus erit, 275
Nihil nouari appellatione interpoſita, 355

de Nouationibus & delegationibus, 299
de Noxalibus actionibus, 57
de Nundinis, 371

O

de Obligationibus & actionibus, 295
de Obſequiis parentibus & patronis prestandis, 229
de Officio præfecti pretorio, 389
de Officio prefecti vrbi, 391
de Officio adſeſſorum, 198
de Officio conſulis, 388
de Officio Iuridici, 397
de Officio præfecti auguſtalis, 395
de Officio præfecti vigilum, 393
de Officio præſidis, 396
de Officio prætorum, 302
de Officio proconſulis & legati, 394
de Officio procuratoris Cæſaris vel rationalis, 397
de Officio quæſtoris, 391
de Operis libertorum, 229
de Operis ſeruorum, 49
de Optione vel electione legata, 188
de Operis noui nuntiatione, 242
de Operibus publicis, 372
de Origine iuris, & omnium magiſtratuum, & ſucceſſione prudentium, 381

P

de Pactis, 1
de Pactis dotalibus, 126
de Peculio, 87
de Peculio legato, 191
de Periculo, & commodo rei venditæ. 100
de Penu legata, 192

Digitized by Google

de petitione hęreditatis, 36
de Pigneraticia actione vel contra, 81
de Pignoribus & hypothecis, & qualiter ea contrahuntur, & de pactis eorum, 105
de Pœnis, 344
de Pollicitationibus, 372
de Popularibus actionibus, 322
de Poſſeſſoria hæreditatis petitione, 38
de Poſtulando, 6
de Præſcriptis verbis, & in factum actionibus, 85
de Pręuaricatione, 315
de Præcario, 285
de Priuilegiis creditorum, 269
de Priuatis delictis, 304
de Probationibus & præſumptionibus, 116
de Procuratoribus & defenſoribus, 11
Pro derelicto, 263
Pro donato, 263
Pro dote, 264
Pro ſuo, 264
Pro emptore, 262
Pro hęrede vel pro poſſeſſore, 262
Pro legato, 263. Pro ſoluto, 262
Pro ſocio, 95
de Proxenetis, 374
de Publicanis & vectigalibus, & commiſſis, 245
de Publiciana in rem actione, 41
de Publicis iudiciis, 322

Q

QVæ in fraudem creditorum facta ſunt vt reſtituantur, 271
Quæ res pignori aut hypothecæ data, obligari non poſſunt, 107

Digitized by Google

Quando ex facto tutoris vel curatoris minores agere vel conueniri poſſunt, 149
Quando dies vſusfructus legati cedat, 47
Quando de peculio actio annalis eſt, 88
Quando dies legatorum aut fideicommiſſorum cedat, 215
Quarum rerum actio non detur, 294
Quæ ſententiæ ſine appellatione reſcindãtur, 356
de Quæſtionibus, 343
Quando appellandum ſit, & intra quæ tempora, 354
Quemadmodum ſeruitutes amittuntur, 54
Quibus ad libertatem proclamare non licet, 256
Quibus ex cauſis in poſſeſſionem eatur, 267
Quib' modis pignus vel hypotheca ſoluitur, 108
Quibus modis vſusfructus vel vſus amittatur, 47
Quibus non competit bonorum poſſeſſio, 239
de Quibus rebus ad eundem iudicem eatur, 64
Qui & à quibus manumiſſi liberi non fiunt, & ad legem Æliam Sentiam, 254
Qui petant tutores Vel curatores, & vbi petantur, 145
Qui potiores in pignore vel hypotheca habeantur, & de his qui in priorum creditorum locum ſuccedunt, 107
Quis & à quo appelletur, 353
Qui ſatis dare cogantur, vel iurato promittant, vel ſuæ promiſſioni committantur, 409
Qui ſine manumiſſione ad libertatem perueniunt, 253
Quis ordo in poſſeſſionibus ſeruetur, 240
Qui teſtamenta facere poſſunt, & quemadmodum teſtamenta fiant, 160

Quod cuiuſcunque vniuerſitatis nomine vel contra eam agatur, 13
Quod cum eo qui in aliena poteſtate eſt negotium geſtum eſſe dicatur, 85
Quod falſo tutore auctore geſtum eſſe dicatur, 156
Quod iuſſu, 89
Quorum legatorum, 274
Quod metus cauſa geſtum erit, 20
Quod quiſque iuris in alterum ſtatuerit, vt ipſe eodem iure vtatur, 400
Quod vi aut clam 284
Quorum bonorum, 273

R

Ratam rem haberi, & de ratihabitione, 303
de Rebus auctoritate iudicis poſſidēdis ſeu vendendis, 268
de Rebus creditis ſi certum petetur, & de condictione, 69
de Rebus dubiis, 103
de Rebus eorum qui ſub tutela vel cura ſunt ſine decreto non alienandis vel ſupponendis, 158
de Receptatoribus, 316
de Receptis qui arbitrium receperunt vt ſententiam dicant, 30
de Regula Catoniana, 203
de Re iudicata, & de effectu ſententiarum, & de interlocutionibus, 264
de Rei vindicatione, 39
de Religioſis & ſumptibus funerum, & vt funus ducere liceat, 67
de Re militari, 361
de Remiſſionibus, 284
Digitized by Google

Rem pupilli vel adoleſcentis ſaluam fore, 302
de Requirendis vel abſentibus damnandis, 342
de Rerum permutatione, 104
de reſcindenda venditione, & quando licet ab emptione diſcedere, 99
de Ripa munienda, 278
de Ritu nuptiarum. 123
de Riuis, 282

S

de Saluiano interdicto, 289
de S. C. Macedoniano, 85
de S. C. Sillaniano & Claudiano, quorum teſtamenta ne aperiantur, 177
de Sententiam paſſis & reſtitutis, 349
de Separationibus, 270
de Sepulchro violato, 313
de Seruis exportandis, vel ſi ita mancipium venierit vt manumittatur, vel contra, 101
de Seruitute legata, 186
de Seruitutibus, 51
de Seruitutibus prędiorum ruſticorum, 52
de Seruitutibus prædiorum vrbanorum, 52
de Seruo corrupto, & ſeruis fugitiuis. 65
Si ager vectigalis, vel emphyteuticarius petatur, 42
Si à parente quis manumiſſus ſit, 227
Si cui plus quàm per legem Falcidiam licuerit legatum eſſe dicetur, 210
Si ex noxali cauſa agitur quemadmodum caueatur,
Si familia furtum feciſſe dicatur, 308
Si libertus ingenuus eſſe dicetur, 257
Si is qui teſtamento liber eſſe iuſſus erit, poſt mortem domini ante aditam hęreditatem, ſur-

ripuiſſe, aut corrupiſſe quid dicetur, 307
Si menſor falſum modum dixerit, 67
Si mulier ventris nomine in poſſeſſione calumniæ cauſa eſſe dicetur, 138
Si pars hæreditatis petatur, 38
Si pendente appellatione mors interuenerit, 358
Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur, 55
Si quid in fraudem patroni factum ſit. 234
Si quis aliquem teſtari prohibuerit vel coëgerit, 179
Si quis cautionibus in iudicio ſiſtendi cauſa factis non obtemperauerit, 307
Si quis in ius vocatus non ierit, ſiue quis eum vocauerit quem ex edicto non debuerit, 408
Si quis omiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato, vel alio modo poſſideat hæreditatem, 176
Si ſeruitus vindicetur, vel ad alium pertinere negetur, 54
Si tabulæ teſtamenti extabunt, 220
Si tabulæ teſtamenti nullæ extabunt & vnde liberi, 235
Si tutor vel curator, vel magiſtratus creatus appellauerit, 357
Si ventris nomine muliere in poſſeſſionem miſſa, eadem poſſeſſio dolo malo ad alium tranſlata eſſe dicatur, 137
Si vſusfructus petetur, vel ad alium pertinere negetur, 49
de Solutionibus & liberationibus, 300
Soluto matrimonio dos quemadmodum petatur, 132
de Sponſalibus, 122
de Statu hominum, 384
de Statu liberis, 252
Stellio-

Stellionatus, 319
de Stipulatione ſeruorum, 298
de Stipulationibus prætoriis, 301
de Succeſſorio edicto, 236
de Suis & legitimis heredibus, 240
de Superficiis, 280
de Supellectile legata, 195
de Suſpectis tutoribus & curatoribus, 150

T

de Tabulis exhibendis, 275
de Termino moto, 320
Teſtamenta quemadmodum aperiantur, inſpiciantur, & deſcribantur, 175
de Teſtamentaria tutela, 141
de Teſtamento militis, 172
de Teſtibus, 118
de Teſtamentis, 160
de Tigno iuncto, 306
de Tranſactionibus, 4
de Tributoria actione, 84
de Tritico vel oleo legato, 189
de Tutelæ & rationibus diſtrahendis & vtili curationis cauſa actione, 133
de Tutelis, 140
de Tutoribus & curatoribus datis ab his qui ius dandi habent, & qui & in quibus cauſis ſpecialiter dari poſſunt, 144

V

de Vacatione & excuſatione munerum, 367
de Variis & extraordinariis cognitionibus, & ſi

Digitized by Google

ſi iudex litem ſuam feciſſe dicetur, 373
Vbi pupillus educari vel morari debeat, & de alimentis ei præſtandis, 153
de Ventre in poſſeſſionem mittendo, & curatore eius, 223
de Verborum obligationibus, 296
de Verborum ſignificatione, 376
de Veteranis, 362
de Veteranorum & militum ſucceſſione, 238
de Via publica & itinere publico reficiendo, 277
de Via publica, & ſi quid in ea factum eſſe dicatur, 277
de Vi bonorum raptorum, & de turba, 309
de Vi & vi armata; 279
Vnde cognati, 236
Vnde legitimi, 236
Vnde vir & vxor, 238
de Vſu & habitatione, 49
de Vſu & vſufructu, & reditu, & habitatione, & operis per legatum vel fideicommiſſum datis, 185
Vſufructuarius quemadmodum caueat, 50
de vſufructu earum rerum quæ vſu conſumuntur vel minuuntur, 50
de Vſufructu, & quemadmodum quis vtatur fruatur, 44
de Vſuris, & fructibus, & cauſis, & omnibus acceſſionibus, & mora, 112
de Vſufructu adcreſcendo, 46
de Vſurpationibus & vſucapionibus, 260
Vt ex legibus ſenatusve conſultis bonorum poſſeſſio detur, 2[illegible]9
Vt in flumine publico nauigare liceat, 2[illegible]3

PER LITERAS.

Vt in poſſeſſione legatorum vel fideicommiſſorum ſeruandorum cauſa eſſe liceat, 215
Vti poſſidetis, 279
Vt legatorum ſeu fideicommiſſorum ſeruandorum cauſa caueatur, 214
Vtrubi, 288
de Vulgari & pupillari ſubſtitutione, 169

FINIS.

ẽ ij

Digitized by Google

Extraict du priuilege du Roy.

LE Roy par ſes lettres patentes donnees à Paris le 14. Mars 1607. ſignees par le Roy en ſon Conſeil, RENOVARD, & ſellees du grand ſeel en cire jaulne, a permis à Robert Foüet Marchãt Libraire Iuré, d'imprimer, ou faire imprimer vne fois ou pluſieurs, en tel volume & caractere que bon luy ſemblera, vn Liure intitulé *Paratitla & animaduerſiones in libros quinquaginta Digeſtorum ſeu Pandectarum, & in libros Codicis his ſimiles, opus Bernardi Autumni Nitiobrigis*, pour le temps de ſix ans entiers, apres la premiere impreſſion: Et faict deffenſes ledit Seigneur, à tous Libraires & Imprimeurs, tant de Paris, Lyõ, Roüen que tous autres, de quelque nation & prouince qu'ils puiſſent eſtre, & toutes autres perſonnes de quelque eſtat & conditiõ qu'ils ſoient, de les imprimer ou faire imprimer, vendre ny debiter en ſes Royaumes, païs, terres de ſa puiſſance & ſeigneurie durãt les ſix annees, ſur peine de l'amende de cinq cens liures, & de confiſcation des exemplaires, & de tous deſpẽs dõmages & intereſts dudit Foüet, comme il eſt plus amplement porté eſdites lettres.

Digitized by Google

PARATITLA
ET
ANIMADVERSIONES
IN LIBROS QVINQVAGINta Digeſtorum ſeu Pandectarum, & in libros Codicis his ſimiles.

OPVS BERNARDI AVTVMNI NITIOBRIGIS.

DE PACTIS D. ET C.

PACTVM eſt duorum vel plurium in idem placitum conſenſus, id eſt, nihil niſi conſenſus; vel, vt ait Cicero II. de Inuent. Pactum eſt quod inter aliquos conuenit. Nam eæ conuentiones, quibus proprium nomen, ac ſpeciale datum non eſt, vocabulo ſatis lato, ac generali, pacta appellantur. Nominis definitio hæc eſt: Pactum di-

Digitized by Google

ci à pactione, & inde Pacis quoque deduci nomen. Pax enim pactionibus conficitur. Siſinnius Capito apud Feſtum.

Pactum aliud eſt publicum, aliud priuatum. Publicum eſt quod fit per principẽ, ſenatum, vel aliam perſonam publicam de re publica. priuatum verò de re priuata. Pactum vulgò diuidunt in nudum; & quod ineptiſſimè conficto à barbaris vocabulo veſtitum appellari ſolet, inquit Duarenus. cui adſtipulatur Cuiacius l. 1. hoc tit. Nec verò, inquit, quòd nuda dicantur pacta contrariæ appellationis, aliã pactorum ſpeciem comminiſci oportet. Sicut quia dicantur morbi quidam acuti, ideò alij dicentur obtuſi. Nec enim hoc nomen veſtimenti in contractibus abhorreo inquit Gregorius, vt aliqui qui peritiores antiquis haberi volunt, cùm & ad alia, quàm ad hominis corpus veſtire trãſlatum, apud Latinitatis probæ auctores inueniam, vt apud Cic. 2. de Nat. Deor. Primum Natura oculos membranis tenuiſſimis veſtiuit: & Columella lib. 8. c. 5. Veſtiti montes ſyluis. & Plin. lib. 9. cap. 13. Veſtita floribus terra arboribus, frugibuſque. Non ergo hoc vocabulum conflictũ

eſt ab ineptis, & barbaris hominibus, & rectè dicitur aliud pactum eſſe nudum, aliud veſtitum. Nudum eſt quod fit nudis verbis, & ſine ſcriptis, ac nulla ſequuta traditione, & ideò dicitur nudum ſine nomine & ſine cauſa. Veſtitum quod fit traditione, vel ſcriptis. Præterea aliud eſt pactum tacitum, aliud expreſſum. Expreſſum eſt cùm verbis declaratur paciſcentium voluntas, l.1. hoc tit. C. Tacitum eſt cùm voluntas eorum verbis non expreſſa ex coniecturis tantùm colligitur. vt ſi vendiderim hæreditatem, & creditores ſpontè egerint aduerſus emptorem, taciti pacti exceptione, me defendere poſſum aduerſus creditores, vel ſi debitori meo reddiderim cautionem. Pactum differt à Trãſactione, quòd pactum in re certa, tranſactio in re incerta verſetur. Pactum eſt gratuitum, & pacto aliquid ſemper remittitur. Tranſactio verò fit propter litem, aut metum futuræ litis, pactis, & tranſactionibus conueniunt homines, & lites finiũtur ac terminantur, qua ratione pactum, & tranſactio differunt à cæteris contractibus, & actionibus. Notandum tamen eſt pacta quæ contra leges, conſtitutio-

Digitized by Google

neſque, vel contra bonos mores fiunt, nullam vim habere, vt ait Imperator Antoninus.

De transactionibvs D. et C.

TRanſactio eſt rei dubiæ, vel incertæ, vel litigioſæ conuenta compoſitio. Nam qui tranſigit, de re dubia & incerta tranſigit: qui verò paciſcitur, donationis cauſa, rem certam & indubitatam liberalitate remittit.

Alia eſt tranſactio quæ vocatur ſimplex, cuius ſpecies proponitur in l.1. C. de trãſactionibus: alia duplex, quæ fit cùm ex pluribus cauſis id quod debetur in vnum cumulatur, & creditor ait ſe acceptum habere id quod debebatur, & vocatur Aquiliana ſtipulatio, quæ fit per acceptilationem. Præterea non minor eſt vis tranſactionis, quàm rei iudicatæ, tamen tranſactio differt à ſententia, quia ſententia fertur in inuitos, tranſactio verò fit cùm res dubia inter plures componitur, plerũque tamen pro pacto tranſactio accipitur decidendi, ſiue tranſigendi cauſa interpo-

ſito. Alia eſt tranſactio generalis, alia ſpecialis. Generalis eſt quæ ſopit controuerſiam iuris vniuerſi: tamen non refertur tranſactio ad incognita tranſigenti. Notandum tamen eſt petitione generali facta, ſi tranſactio fiat ad proſequuta capita pertinere.

Reus publici criminis capitalis licitè tranſigit, ab hac regula excipitur crimen adulterij, crimina quibus non imponitur pœna ſanguinis in tranſactionem non veniunt, de crimine falſi tamen licet tranſigere, Alciatus in l. tranſigere. C. In contraria eſt ſententia, tranſactio non fit niſi aliquo dato, vel retento, ſeu promiſſo. Denique tranſactio refertur ad litem vel negotium aliquod ambiguum. extat Caroli noni regis edictum de tranſactionibus ſeruandis, promulgatum anno 1561. quo ſtatuitur tranſactiones ſine dolo & fraude initas inter maiores 25. annis firmas, rataſque eſſe, nec quemquam aduerſus eas conqueri poſſe, prętextu deceptionis vltra dimidiam iuſti prætij. Nam effectus tranſactionis eſt, vt finis litibus, vel præteritis, vel futuris imponatur. Ideò trito prouerbio dicitur, Non mouendam

eſſe camerinam. Quemadmodum camerinæ fruticis rami commoti & concuſſi tetrum quemdam odorem edunt, vt notat Stephanus & Suidas: ſic ex litibus quo magis agitantur, eo magis inimicitiæ odiũ capitale, & cædes naſcuntur: multumque lucratur, qui à lite diſcedit.

De postvlando D. et C.

Poſtulare, inquit Vlpianus in l. 1. D. de poſtulando, eſt deſiderium ſuum, vel amici ſui in iure apud eum, qui iuriſdictioni præeſt exponere, vel alterius deſideriis contradicere. Quæ verba non intelliguntur de iudicibus datis, aut pedaneis, vt cenſet Accurſius. vel poſtulare, vt inquit Cuiacius, eſt cauſas agere, & eſt munus publicum, & in hoc differt ab officio procuratoris, quod pertinet ad c[illegible] negotiorum priuatorum. Vtilitas huius muneris eſt, vt qui ſuis rebus præeſſe non poſſunt, vel nolunt, per alios deffendãtur. Intereſt enim bonum patronum habere. Nam Cicero 1. de Orat. & alibi, conqueritur de damnatione Rutilij, Quia, inquit, nemo ingemuit, nemo inclamauit patro-

norum, nihil cuiquam doluit, nemo conqueſtus eſt, nemo rempublicam implorauit. Sic Demoſth. contra Mydiam, ſcribit Ecueonem cùm cauſam diceret ſua culpa non fuiſſe abſolutum, quod nihil eorum in animos iudicum induxiſſet, quæ ſæpe reos eripiunt è maximis periculis. Hinc Ouidius in Arte amandi;

Munera det diues, ius qui profitetur adſit,
Facundus cauſam ſæpe clientis agat.

Nam in hac militia togata, bonæ non eſt ſemper fidendũ cauſæ, vt ait Valer. Max.

Poſtulare autem omnes permittuntur, qui non prohibentur. Hoc edicto prohibentur minores annis decem & ſeptem. Item hæretici, ſurdi, muti, fœminæ, cœci, & infames. Hinc Carolus Magnus in Capitulari de pace, cap. 12. Praui (inquit) aduocati tollantur, & vice domini, & centenarij, & tales eligantur, qui ſciant, & velint iuſtè cauſas defendere, & terminare. Hinc Caius Cotta apud Saluſt. Neque ego caninam facundiam, neque ingenium ad maledicendum exercui, vt Iopenſes inſulani omnes aduocatos qui tractant cauſas callidè, ac leges vafrè interpretantur, excludunt.

Alphonſus Hiſpaniarum rex, cùm accepiſſet Gallum Medicum acutiſſimi ingenij, ac ſophiſtã ad cauſas agendas ſe cõtuliſſe, forumque omne ſophiſmatibus inuoluiſſe, foro interdixit, & quẽadmodum rabulæ illæ forenſes, & togati illi vultures pernicioſi ſunt reipublicæ: ita optimi patroni vtiles ſunt, de quibus vide Imperatores Leonem, & Antoninum in l. 14. aduocati.

Gallia non admittit § de qua autem. l. 1. D. de poſtulando.

II. DE HIS QVI NOTANTVR INFAMIA. D. ET EX QVIBVS CAVSIS INFAMIA IRROGATVR. C.

EXiſtimatio, vt ait Calliſtratus in l. 5. D. de variis & extraordinariis cognitionibus, eſt dignitatis illæſæ ſtatus legibus, ac moribus comprobatus, qui ex delicto noſtro authoritate legum, aut minuitur, aut conſumitur, à fama compoſitum, cõtrariæ compoſitionis eſt infamia. Nam in incompoſitione eſt dictio priuatiua. nam fama vulgi, multitudinis eſt

quoddam teſtimonium, vt ait Cicero in Topico: vel infamia, vt ait Accurſ. eſt famæ imminutio, quę duplex eſt: alia iuris, alia facti. Iuris eſt quam lex irrogat. nam reus ſtatim atque commiſit crimen, ipſo iure eſt infamis. Facti eſt, vt ſi quis ab exercitu ignominiæ cauſſa dimiſſus ſit, vel ab ordine motus, vel ſi ob lenocinium damnatus ſit. Infamis excluditur à dignitatibus, à publicis muneribus, & à teſtimonio. Pœnam infamiæ deſcribit Varro eleganter: Tertia pœnarum infamia: ſtans nexa in vulgi pectore, fluctuanti, intonſa coma, ſordido veſtitu, ore ſeuero. Nam infamis, vt l. 2. Cod. Theod. eſt qui honeſtioris, nobilisque perſonæ decore eſt iure priuatus.

In titulo Digeſtorũ Infamium fit enumeratio, qui legibus & ſenatuſconſultis notantur. In Codice verò exponit cauſas de quibus ambigi pôterat, an ex his infamia irrogetur.

Ictus fuſtiũ non irrogat infamiam, niſi inter cædendum cauſam infamiæ dixerit præco. Hinc Diuus Ambroſius ſerm. 9. Iuſſit ad lupanar duci ſub voce præconis dicentis Agnem ſacrilegam virginem,

dijs blaſphemiam inferentem, ſcortũ lupanaribus datam, & ſimili ratione Petronius Arbiter, Me cœpit verberare nõ perfunctorie adiectis & petulantibus dictis ſic diuidere cum fratre nolito.

Qui apud bonos & graues viros malè audit, infamis dicitur. Ideo qui famæ reſtitutus eſt hac nota laborat. Plautus in Penulo, Hominum immortalis eſt infamia etiã tum viuit cum eſſe credas mortuam. hinc Claudius Cæſar, cùm cuidam notam infamiæ appoſitam deprecantibus familiaribus ademiſſet, Litura tamen inquit, extat, & licet à poſtulando non arceat, effectu non caret: neque enim, vt ait lex ſecunda de dignitatibus. lib. 12. C. famoſis, & notatis, & quos ſcelus, aut vitæ turpitudo inquinat, & quos infamia ab honeſtorum cœtu ſegregat dignitatis portæ non patebunt.

Lex decreto abrogata eſt in Gallia. Itẽ lex ſolet, & lex quod ait Prætor. §. Ignominiæ, & lex liberorum, hoc titulo. D.

III. DE PROCVRATORIBVS, ET DEFENSORIBVS. D. ET DE PROCVRATORIBVS. C.

PRocurator eſt qui negotia aliena mãdato domini adminiſtrat, vt ait Vlpianus l.1. D. hoc tit. coniunctæ tamen perſonæ admittuntur ſine mandato, l. ſed & hæ. D. hoc titulo.

Procurator vel omniũ rerum, vel vnius rei conſtituitur: ille vocatur generalis, vel vniuerſalis, hic ſpecialis. Procurator omnium bonorum non poteſt vendere rem domini, niſi liberam habuerit tractandi negotia poteſtatem. Cicero pro Cecinna, Vtrum tunc procuratorem me deiecerit, is qui legitimè procurator dicitur omniũ rerum eius, qui in Italia non ſit, abſitue reipub. cauſa, quaſi quidem, & pene dominus, hoc eſt alieni iuris vicarius.

Procurator conſtituitur vel in rem ſuam, vel in alienam, non poteſt conſtituere procuratorem, niſi qui rei vel litis eſt verus dominus. cognitor non poteſt conſtituere procuratorem, repelluntur à procuratoris officio abſens, qui ratum

mandatum non habuit, aut qui habere non poteſt. Item mutus, ſurdus, decurio, miles, reus criminis, ſeruus, fœminæ, quia virile officium eſt: Minor 25. annis. poſſunt tamen infames conſtitui procuratores, Qui non habet legitimam perſonam ſtandi in Iudicio non poteſt eſſe procurator, per ſubrogationem alterius procurator cenſetur reuocatus.
Edictũ hoc de procuratoribus neceſſariũ eſt; nã æquũeſt vt qui rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt, vel nolunt, per alios deffendãtur. Nam reipublicæ intereſt abſentes deffendi, diſcrimen tamen eſt inter procuratorem, & deffenſorem. nam quilibet ad deffendendum admittitur. Procurator verò non ſine mandato. hinc Cicero Cornificio: Is procurat rationes Dionyſij. Aliquãdo procurator ſumitur pro eo qui ſtudioſe curat. Apuleius. Hũc enim equulum ſuum curioſe nimis procurantem inueni.

Deffendere autem propriè eſt rei nomine iudicium ſuſcipere, vel procurator eſt actoris & rei cum mandato: deffenſor rei ſine mandato, ille ſatiſdat de rato niſi conſtet de mandato: hic iudicatum ſolui,

etiamſi conſtet de mandato, & de rato nonnumquam. Cognitor verò eſt is, cui ſine mandato cauſam ſuam agẽdam pręſente iudice, præſens præſenti committit. Paulus lib. I. ſelectarum ſententiarum. tit. 2. de cognitoribus.

Procurator reuocatur re integra, ſed poſt litem conteſtatam, aut negotium cęptum reuocari non poteſt, niſi iuſtis ex cauſis. Notandum eſt differentiam eſſe inter hunc titulum de procuratoribus, & titulum mandati, quia hîc de procuratoribus iudiciorũ agitur, ibi de procuratoribus negotiorum. præterea hîc de officio procuratoris: ibi de actione mandati, vt optimè animaduertit Accurſius.

Notandum ad extremum eſt legem neque tutores, l. exigendi. C. Item l. ſi paratus, & l. fœminæ abrogatas eſſe in Gallia.

IIII. QVOD CVIVSQVE VNIVERSITATIS NOMINE VEL CONTRA EAM AGATVR.

D.

ID eſt de actoribus ſeu ſyndicis vniuerſitatum, qui partibus procuratorum funguntur. l. 6. §. actor hoc titulo. Procu-

tas. Igitur agere & conueniri per ſuum ſyndicum poteſt. hinc Lampridius in Alexandro, Corpora omnium conſtituit vinariorum, lupanariorum, caligariorum omnium artium conſtituit, hiſque ex ſe ſe deffenſores dedit. Res Ciuitatis non ab vno adminiſtrãtur, raro enim id munus vni pro indiuiſo totum iniungitur, ſed diuiſum pluribus, vt puta vni cura Kalendarii, alij cura operum publicorum, alij cura frumenti coemendi, à quibus ſeparatim actor. l. vltima infra eodem: nam cõſtitui poteſt ad operis noui nunciationem, ad ſtipulationes interponendas.

V. DE NEGOTIIS GESTIS. D. ET C.

NEgotium ab ocio addita negatiua, & contraria particula (ne) dictum ac compoſitum videtur, & propriè ſignificat in iure, id quod inter duos actum eſt.

Gerere ſignificat omnem rem ſine verbis, hoc eſt abſque promiſſióne & conuentione facta, etiamſi gerere & facere, æquiuocè ſumantur, qui ſine mandato, ergo & conuentione alterius negotia adminiſtrat, gerere proprie dicitur.

Digitized by Google

Inter dominum & deffenſorem vltroneum quænam actio haberet locum non erat traditum, ideo ſequitur hic titulus.

Duplex competit actio negotiorum geſtorum, alia eſt quæ vocatur vtilis, quæ datur ex interpretatione prudentũ quotieſcumque verba edicti deficiunt, verbi gratia, ſi hęredes tutoris inchoata perficiunt negotia, vtilis actio datur, quę tamen eundem ſortitur effectum ac directa.

Alia eſt directa actio quę tribuitur ei, cuius negotium geſtum eſt, vel ei cuius intereſt, qua petitur geſtor actus rationẽ reddat. Contraria datur geſtori negotiorũ vt conſequatur ſumptus quos fecit. nã officiũ ſuum nemini damnoſum eſſe debet, niſi donãdi animo sũptus fecerit, puta affectione paterna, vel obſequio libertino, & niſi poſt denũciationẽ vel prohibitionẽ, vel niſi lucri ſui cauſa negotium geſſerit, qui aliena negotia gerit, & bonã fidem, & exactam diligentiam rebus eius pro quo interuenit præſtare debet.

De perſonis, deque re ipſa titulus magis eſt, quàm de actione, vt tit. de procurat. cũ tamẽ extet propius de actione mãda-

ti, quia ſcilicet titulus de procurat. magis eſt de perſonis, deque mãdato, quàm de actione mandati, inquit Cujacius.

Hæc actio eſt bonæ fidei, & iudex habet poteſtatem ſtatuendi, quod ſibi æquum, & bonum videbitur.

VI. DE CALVMNIATORIBVS D. & C.

CAlumniari in Criminalibus eſt falſa crimina intendere, in ciuilibus eſt accipere pecuniam per mendacium, vt negotium fiat vel ne fiat. Calumniator punitur pœna talionis, vel ſi crimen hoc incidat in crimẽ publicum, pœna erit publica: vel in ciuilibus punitur in quadruplum intra annum; poſt annum verò in ſimplum, quia hæc actio pœnalis eſt, non datur in hæredem niſi in id quod ad eum peruenit. Calũniatoribus pœna lege Rẽmia irrogatur. l. 1. §. calumniatoribus D. ad Senatuſconſ. Turpi.

Iulius Capitolinus, Interfecti omnes delatores, & omnes accuſatores. Ideo autẽ, & illi in ſycophantarum ſiue delatorum numerũ reponuntur, quod quibus ſuo nomine vti non licet: nec tamen ſuum adſcribunt, ſed alieno abutuntur. Plane

hoc faciunt ſperantes ſuam obtentu alieni nominis impunitam calumniam fore: quod ijs verbis Apuleius indicat in Apolog.1. Dat, inquit, libellum nomine priuigni mei Sicinnij pudentis admodũ pueri, & adſcribit ſe ei aſſiſtere, nouo more per aliũ laceſsẽdi: ſcilicèt, vt obtẽtu eius ætatulæ ipſe inſimulationis falſæ nõ plecteretur. quod cùm ſolertiſſimè animaduertiſſes, & idcircò eum denuò iuſſiſſes proprio nomine, accuſationem delatam ſuſtinere. Imperatores in l. noſtris, Cod. de calumniatoribus; edixerunt vt calumnioſiſſimum caput, & perſonam iudicio irritæ delationis infamiæ ſupplicium ſequeretur.

Calumniator igitur in hoc titulo, eſt qui ſciens, prudenſque per fraudem, litẽ aut controuerſiam facit alteri, vt vexet eũ, vel vt ei aliquid extorqueat, & de calumniatoribus, id eſt, de his qui pecuniã vt negotium facerent, aut non facerent accepiſſe dicentur. l. penultima. Cuiacius. Et in priuatis, & in publicis iudicijs, omnes calumnioſi extra ordinẽ pro qualitate admiſſa puniũtur. Paul. recep. ſent. lib.1. tit.5. de calumniat. Anianus non in-

Digitized by Google

tellexit quid ſit, extra ordinem. hodie conſtitutionibus omnia crimina extra ordinem puniuntur.

DE IN INTEGRVM RESTITVTIONIBVS. D.

PRætor ſupra l.1. de poſtulando, promiſit ſe explicaturum ſpecies, & cauſas, ex quibus ſolet in integrum reſtitutionem dare, quod præſtat hoc titulo, enumeratis omnibus ſpeciebus, quas deinde ſingulas propriis titulis exequitur. Eſt autem in integrum reſtitutio, vt ait Paulus ſententiarum 7. 1. §. & Cuiacius reintegrandæ rei, vel cauſæ actio. Qui autem in integrum reſtituitur, in priſtinum ſtatum, & conditionem reponitur.

Reſtituere, inquit Antoninus in l. 1. C. de ſententiã paſſis, & reſtitutis, eſt honoribus, ordini, & cæteris omnibus reſtituere. Prætoris erat reſtituere, moribus noſtris ſolus princeps reſtituit.

Digitized by Google

II. QVOD METVS CAVSA GESTVM ERIT. D. ET DE IIS, QVÆ VI METVSVE CAVSA GESTA SVNT. C.

QVod metus cauſa geſtum erit ratũ non habebo, ait Prætor, & concipitur tit. D. à primis verbis edicti. metus eſt inſtantis, vel futuri periculi cauſa mẽtis trepidatio, vel metus eſt demiſſio animi propter expectationẽ futuri mali, vt ait Cuiacius, vel vt Labeo definit, timor maioris malitatis, metus παρὰ τὸ μετίναι quod eo amittatur conſtãtia. Iuli. Scaliger vir miræ eruditionis vis autem eſt maioris rei impetus qui repelli non poteſt, vis in edicto non fit mentio, quia metus continet vim.

Vim accipere debemus atrocẽ, & quæ eſt contra bonos mores, nõ quãcumque vim, vt in interdicto vnde vi, quod non datur ob vim feſtucariam, vt ait Gellius lib. 20. cap. 9. Cic. 3. de legibus. Nihilque tam contrarium iuri, & legibus: nihil minus ciuile, & humanum, quàm compoſita, & conſtituta republica quic-

quam agi per vim. Iuriſconſultus intelligit metum nõ vani hominis, ſed qui poteſt cadere in conſtantiſſimum virum, vt mortis, vinculorum, aut cruciatus corporis, & id genus. Ariſt. cap. 6. Ethicorum metus non iactationibus, & conteſtationibus, ſed atrocitate facti probatur, id eſt ſi peruentum ſit ad proximum actũ. nam ſolæ dignitates non ſunt idoneæ ad inducendum iuſtum metum, niſi minæ capitales interuenerint. pœna huius edicti eſt quadruplum intra annũ, poſt annum ſimplum, hæc actio vt aliæ Prætoriæ pœnales, finitur anno: tamen poſt annum integra manet rei perſecutio.

Qui metum incuſſit, videtur incidiſſe in legem Iuliam de vi, ſunt & interdicta, vnde vi, ſi per vim, de vi & vi armata, & quod vi aut clam. verum hoc remediũ à Prætore introductum eſt, vt quis reſtituatur ſi vi, aut metu quid geſſerit, non tamẽ habet locum, ſi alia cõpetat actio: eſt enim actio extraordinaria, nec datur habenti ordinariam.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

III. DE DOLO MALO. D. & C.

QVæ dolo malo facta eſſe dicentur, ſi alia non erit actio, & iuſta cauſa eſſe videbitur, iudicium dabo, inquit Prætor.

Caius Aquilius Prætor ætate Ciceronis formulas introduxit de dolo coercẽdo, quarum ſumma in edictum relata eſt, Cicero.1.&3. Officiorum.

Dolum malum Labeo definit, calliditatem, fallaciam, machinationem ad circumueniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibitam. vel dolus malus, ratio vafra decipiens alium, aliò nomine vacans. Cuiacius. Dolus eſt vbi factum eſt quod legi dolet, Petronius apud Iſidorum cap.26.lib.3.

Dolum malum adiecit Prætor, quia veteres dolum bonum dicebant, & pro ſolertia accipiebãt, vt puta ſi quis machinetur contra hoſtes, & latrones. hinc Vir.

Dolus an virtus quis in hoſte requirat?

Dolo ineſt fraus. hinc Cic. 1. offic. Vi, inquit, aut fraude fit iniuria, fraus quaſi vulpeculæ, vis leonis videtur, vtrumque ab homine alieniſſimum: ſed fraus odio digna maiore. Sepiæ in piſcatu e-

mittunt atramentum, vt turbato loco in quo ſunt lateant, vt ait Suidas. Hæc actio datur iuſta de cauſa, quia eſt famoſa, & non concurrit cum alia actione, vt verbi gratia, ſi pupillus deceptus ſit à tutore, agitur actione tutelæ, hæc actio arbitraria eſt, & fit reſtitutio arbitrio iudicis, & finitur biennio. Actio verò in factum perpetua eſt; Id eſt extenditur vſque ad triginta annos. Cicero lib. 2. de natura deorum vocat hanc actionem de dolo, euerticulum omnium malitiarum. hæc actio non indulgetur aduerſus parentes, vel patronos; ſed in factũ, quæ detracta infamia eandem vim habet, quàm actio de dolo malo, vt ſi filia emãcipata tranſegerit cum Patre, vel liberta cum patrono, non competit actio de dolo, ſed in factum propter reuerentiam Patris, vel Patroni.

Præterea ſi duo dolo malo fecerint inuicem, de dolo non agent. nam paria delicta, compenſatione tolluntur.

IIII DE MINORIBVS 25. ANNIS. D. ET DE IN INTEGRVM RESTITVTIONE MINORVM 25. ANNIS. C.

QVod cum minore, quam 25. annis geſtum eſſe dicetur, vt quæque res erit animaduertam Prætor edicit, qui naturalem æquitatem ſecutus proponit hoc edictum. Nam tempus hoc ætatis infirmum & aliorum libidine infeſtum eſt, nam rarum eſt ante hanc ætatem ſapere. Perſius:

Scilicet ingenium, & rerum prudentia velox
Ante pilos venit, dicenda tacendaque calles.

Minor appellatur, qui 25. annum nõdum perfectè adimpleuit: nam à momẽto, in momentum tempus expectamus.

Si minor quid geſſerit, ſi læſus ſit, maior factus poterit petere reſtitutionem in integrum, intra quadriennium continuum iure nouo, olim intra annum vtilem, vt ſi actor habeat experiundi poteſtatem, ſi reus præſtet conueniendi facilem, tertio ſi iudicis copia adſit.

Antiqua lege lætoria publicũ iudiciũ conſtitutũ fuit, ſi quis ea ætate minorem circumſcripſiſſet. Et Cicero lib. de Offi 3. & de Natura Deorum 3. teſtatur, ſi minor læſus, & deceptus probetur in re, etiamſi dolus aduerſarij abſit, & poſtulauerit ſe in integrum reſtitui, hoc eſt in eũ locum, & in eam cauſam reponi. Vnde

excidit

excidit, in integrum reſtitutio eſt, redintegratio amiſſæ cauſæ, & dicitur propriè de circumſcriptis adoleſcentibus, ingenuis, aut libertinis; quia auxilium huius ætatis proprio nomine non cenſetur: nec enim actionis beneficio tribuitur, ſed cognitione Prætoria cauſa cognita. Eſt autem cauſa cognita præſentibus aduerſariis, aut ſi per contumaciam deſint, reſtitutiones perpendendæ ſunt.

Minoribus 25. annis non ſolùm in dãno ſuccurritur, ſed etiam in lucro, vt ſi legatum repudiauerint, aut in optione decepti ſint.

Minores ſerui non reſtituuntur, quia dominorum expectãda eſt perſona. Præterea ſi quid geſſerint minores, procuratorio nomine, denegatur auxilium reſtitutionis.

Reſtitutio autem ita fieri ſolet, vt vnuſquiſque ius ſuum recipiat, id eſt, reſtitutis minoribus in priſtinum ſtatum, reſtituuntur qui cum illis contraxerunt.

In delictis nulla eſt reſtitutio. nam deceptis non decipientibus, & delinquentibus ſubuenitur.

Si minor ſobriè rem ſuam adminiſtret,

Digitized by Google

& iure communi vtatur, non videtur circumſcriptus, vt ſi ſibi neceſſarium ſeruũ emerit, qui mox deceſſerit, vel prædia, quæ caſmate perierint, aut inſulæ exuſtæ ſint, ceſſat in integrum reſtitutio.

V. DE CAPITE MINVTIS. D.

QVarta reſtitutio datur his qui propter minimam capitis deminutionem debitoris, actiones ſuas amiſerunt, reſciſſa capitis demunitione, vt fit ex edicto, de bonorum poſſeſſione contra tabulas, eorum etiam gratia qui capite minuti ſunt. Capite minuitur, qui in ſuo ſtatu nõ manet, vt qui è libero fit ſeruus, vel ex ciue peregrinus, vel ex Patrefamilias: & interdum ex contrario, qui ex filio familias, fit parterfamilias. Cuiacius.

Capitis ergo diminutio triplex conſtituitur, maxima, media, & minima. Maximam vocant cùm libertas, ciuitas, & familia amiſſa eſt. Mediã cùm ſolum ciuitas Minimam cum ſola familia amittitur, vt ſi quis ſeruus pœnæ fiat, vt damnatus ad beſtias, vel ſi quis deportetur vel adoptetur. Auſonius in Gryphis.

Digitized by Google

Triplex libertas, capitiſque minutio triplex. Vocat autem capitis minutionem Cicero in Verrem, ademptionem de capite, & ciuem indemnatum integri eſſe capitis dixit, caput hîc eſt ſtatus perſonæ.

VI. EX QVIBVS CAVSIS MAIORES 25. ANNIS IN INTEGRVM RESTITVVNTVR. D. ET C.

HOc titulo oſtenditur non ſolum maioribus qui ſine dolo malo abfuerunt, reipublicæ cauſa ſubueniri per reſtitutionem in integrum, ſiue procuratorem habuerint, ſiue non. Aliis denegatur reſtitutio, ſi grauis ſit cauſa quæ domini præſentiam maximè requirat, non enim facilè ſuccedunt, quæ oculis geruntur alienis, inquit Liuius, lib. 20. ſed etiam legatis ciuitatum ad Principẽ miſſis, & his qui ſub cuſtodia militari vel in vinculis, vel in hoſtium poteſtate fuerunt: & generaliter, ſi qua alia iuſta cauſa iudici videbitur maxime addicto actioni bonæ fidei, nam anguſta eſt poteſtas iudicis. etiam illud additur hoc titulo, ciuitatibus lapſis, & circumſcriptis ſubue-

Digitized by Google

niri exemplo minorum.l. penultima hoc titulo.

VII. DE ALIENATIONE IVDICII MVTANDI CAVSA FACTA D. ET C.

DAtur etiam maioribus in integrum reſtitutio ex hac cauſa, ſi poſſeſſor cũ quo maior 25. annis acturus erat in rem actione, dolo malo eam rem alienauerit obijciendi durioris, difficilioris, moleſtioris aduerſarij cauſa, & ex hoc edicto reſtituitur intra annum vtilem data in eum qui rem alienauit actione in factum quãti intereſt alium aduerſarium non habere. In omnibus reſtitutionibus præfinitũ eſt quadriennium loco vnius anni vtilis. l. vltima. C. de temp. reſt. tamen ſi alienatio fiat ob valetudinem, ætatem, occupationes neceſſarias, hæredem inſtituendo, vel legando, non eſt locus edicto. Excipitur etiam ab hoc edicto qui re carere voluit, ne propter eam ſæpius litigaret: nam hoc edictum loquitur de eo qui rem habere vult, & litem in alium transfert, vt moleſtum aduerſarium ſub-

Digitized by Google

ſtituat. Alienatio eſt dominijvel poſſeſſio nis, vel iuris in alium tranſlatio, & rectè interpretantur futuri iudicij, nam prę̄ſēs alienatione nō mutatur. Edicti pœna eſt actio in factum, legum eſt damnum litis, & iactura cauſæ. In fraudem igitur proponunt hæc alienatio facta, & lis magis quàm res tranſlata, cautum igitur eſt lege Licinia, vt ei qui alienauit partem ſuam iudicij mutandi cauſa denegetur actio, & ſi agat communi diuid. Iud. exceptione ſubmoueatur. Lex Licinia vetat experiri eum qui alienauit iudicij mutandi cauſa, de eo qui alienauit nulla eſt dubitatio, ſed de eo cui ceſſa eſt actio poteſt quæri, vt ſi quis det menti, ex edicto Prætoris ſubmouebitur conſtitutio Caroli Quinti. Cōſtitutio Ludouici duodecimi permittit cedere actionem Scholaſtico, vt cum pater filio, frater fratri: Priuilegiarijs qui ſunt in aula Regia, facta non valet, iudicatum ann. 1538.

Digitized by Google

VIII. DE RECEPTIS QVI ARBITRIVM RECEPERVNT VT SENTENTIAM DICANT. D. ET DE RECEPTIS ARBITRIS. C.

ARbiter eſt diſceptator electus ex compromiſſo partium, qui diſceptandæ intra eos cauſæ officium in ſe recepit.

Litigatorum conſenſu arbiter eligitur, veluti domeſticus diſceptator, arbiter fungitur officio iudicis: ſed tamen differunt iudex & arbiter.

Receptum appellat acceptationem arbitri & conſenſum, & quaſi pactum iudicandi. Compromiſſum autem eſt ſtipulatio inter litigatores, vltro citroque interpoſita, vt ait Contius.

Arbitrium ſignificat opinionem & iudicium boni viri. Compromiſſum verò ex eo dictum eſt, quod litigatores ſimul, & inuicem pœnam promittere ſoleant, ni ſententiæ pareant.

Arbitrorum duo ſunt genera: vnum, vt ſiue iniquum, ſiue æquum dixerint

metu pœnæ pareatur ſententiæ. Alterum vt ad arbitrium boni viri pronunciatum redigatur, de quo non agitur in hoc titulo. Nemo cogitur arbitrium recipere, tamen ſi quis receperit, Prætor cogit ferre ſententiam, ideo ſubijcit, qui arbitrium receperunt; non enim continet actionem, ſed coercitionem.

Si in tres compromiſſum ſit, abſente vno non valet ſententia lata, præſente verò & contradicente valet. Mulier non poteſt ſuſcipere arbitrium, licèt infamis poſſit eſſe arbiter

Compromiſſum ad ſimilitudinem iudiciorũ redigitur. Pręterea ſententia lata vltra diem compromiſſo comprehenſum nulla eſt, & dies compromiſſi non prorogatur, niſi conſentientibus partibus.

IX. NAVTÆ, CAVPONES, STABVLARII, VT RECEPTA RESTITVANT. D.

NAutæ, caupones, ſtabularij ſine ſtipulatione ſaluum fore quod receperunt, id eſt tenentur de damno, quod in naui, caupona, aut ſtabulo factũ eſt.

Porro duplex à Prætore harum rerum

cauſa inſtituta actio eſt, vna in ſimplum ex recepto l. 3. §. vlt. hoc titulo, altera in duplum, ex furto, vel damno inlato. actio de recepto, dicitur actio in factũ aduerſus nautas, caupones, ſtabularios, per quam id quod cuiuſque ſaluum fore receperunt, ab ijs vt ſaluum reſtituant, poſtulatur. Nautæ appellatione continentur remiges. caupones hi ſunt qui tabernã meritoriã exercent, hoſpites erant qui gratis excipiebant, nemo hoſpitem vocat ſuum cauponem. Iſocrates in Areopag. referens Athenienſis reipublicę formam, ait ne frugi quidem ſecum in caupona edere, bibere ſolitum, adeo id fœdũ habebatur. Stabularij hi ſunt apud quos ſtabulantur equi.

LIBER QVINTVS.

DE IVDICIIS, ET VBI QVISQVE AGERE VEL CONVENIRI DEBEAT. D. ET DE IVDICIIS. C.

IVdicium eſt diſceptatio, quæ fit ab eo quem magiſtratus cauſæ diſceptatorẽ

partibus dedit. Etenim iudiciorum finis, vt Marcus ait in Topicis, eſt ius ex quo etiam nomen, Iudex eſt diſceptator Iuris, & licèt titulus ſit de iudiciis, & de cognitione iudicum datorum à magiſtratu, vel à Principe, pleraque continet communia cum magiſtratibus. nã & qui dent iudices, quique dentur hic titulus exequitur, & quod ſit cuiuſque forum cõpetens, in hoc titulo agitur de officio iudicis, & de iuriſdictione. Iudex à dico, quod iudicat accepta poteſtate. Varro.

Pedanei iudices accipiuntur pro iudicibus datis, non pro magiſtratibus municipalibus, non pro deffenſoribus magiſtratuum, vt Accurſius, & Accurſiani malè intellexerunt. Aſconius Pedianus in Verrem, Prætores, & maiores magiſtratus, pro tribunalibus ius dicebant. minores Magiſtratus in ſubſellijs conſedebant.

Iudicia vel ſunt ciuilia, vel prætoria, vel criminalia. Actor ſequitur forum rei. Notandum eſt quem fieri obnoxium iuriſdictioni domicilio, contractu vel delicto.

Conſenſus partium poteſt facere iudicem illum, qui iuriſdictionem habet. Cicero pro Cecinna, ait iudicia eſſe reperta

diſtrahendarum controuerſiarum , vel puniendorum maleficiorum cauſa.

Iudices debent iudicare ſecundùm allegata, & probata, & debent habere potius rationem iuſtitiæ, & æquitatis, quàm ſtricti iuris. in iudicijs continentia cauſæ non debet diuidi, vt ſi quis poſtulet aliũ iudicem ſuper poſſeſſione, & alium ſuper proprietate.

D. Gregorius. lib. 7. cap. 100. Legali prouiſione decretum eſt, tam momenti, quàm proprietatis cauſam in vno eodẽque iudicio debere cognoſci. l. nulli. C. de iudicijs.

Porro dari iudices non poſſunt ſerui, fœminæ, & infantes, nec furioſi, niſi habeant dilucida interualla. cæci tamen poſſunt eſſe iudices.

II. DE INOFFICIOSO TESTAMENTO. D. ET C.

INofficioſum teſtamentum, eſt quod liberis, vel parentibus immerito exhęredatis, non ex officio pietatis factum videtur. querela inofficioſi teſtamenti, quia iuſtum teſtamentum reſcindit, & Patrẽ-

familias inteſtatum facit, non edicto Prętoris introducta eſt, ſed lege Glicia: ſcripſit enim Caius librum ſingularem ad legem Gliciam, ex qua vna nobis ſupereſt ſententia in l. 4. D. de inofficioſo teſtamento, quæ rationem querelæ, ſeu ferendæ legis Gliciæ cōtinet, ſic enim eius l. 4. Inſcriptio edita in Pandectis Florentinis. Suetonius in Tiberio Claudii Gliciæ dictatoris facit mentionem, à quo lex Glicia nomen accipit, vt ab HORTĒſio, hortenſia. fratres vterini, & vltra fratres cognati, de inofficioſo teſtamento non agunt. agnati vero non poſſunt dicere inofficioſum teſtamentum, niſi turpi perſona inſtituta hinc Hermenopolus lib. 5. tit. 6. parentes, liberi, & fratres querelam inofficioſi teſtamenti intendunt, nec nō etiam & reliqui cognati, vt falſum tamen ij quoque arguere, & criminari poſſint.

Si quarta relicta ſit filiis, vel parentibus, querelam inofficioſi teſtamenti inſtituere non poſſunt.

Si legitima integra relicta non ſit, agitur ad ſupplementum, quarta autem accipitur deducto ære alieno, funeris impenſa, & exempta eſt ab omni onere,

Digitized by Google

Quare Eccleſia elemoſynas eorũ bonorum tanquam alienorum reſpuit,& anathematis mucrone damnantur Patres, Concilio Gangrenſi,qui filiis nutrimentum & neceſſaria non exoluunt.

Querela inofficioſi teſtamenti ſi non fuerit inſtituta non tranſmittitur ad heredem,Item qui agnouit voluntatem defuncti, non poteſt mouere querelam, nec qui tacuit per quinquennium ab aditione hereditatis.Ingratitudo etiam excludit à querela. Quatuordecim autem ſunt cauſæ ingratitudinis, quæ recenſentur in Nouella, vt cùm de appellatione cognoſcitur, §. aliud quoque capitulum, & quia dictum eſt ſupra querelam non tranſmitti ad heredem, niſi præparata ſit, hoc intellige in extraneis, Seneca 3. Contr.Nullum,inquit, Patri curatorem dari, quia iniquus Pater ſit, aut impius, ſed quia furioſus. hoc autem in foro eſſe curatorem petere, quod in ſchola dementiæ agere.

III. DE PETITIONE HEREDITATIS. D. ET C.

PEtitio hereditatis eſt actio in rem vniuerſalis & bonæ fidei pro repetenda

hereditate rebuſq. ei⁹ ſucceſſori cõpetẽs.

Hereditas eſt ſucceſſio in vniuerſum ius quod defunctus habuit. Petitio hæreditatis competit contra eum, qui pro hærede vel poſſeſſore poſſidet. pro hęrede autẽ poſſidet, qui ſe putat hæredem eſſe. pro poſſeſſore poſſidet prædo.

Qui agit petitione hæreditatis, petit ſe declarari hæredem, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato.

Qui damnatus eſt reſtituere hæreditatem, ſi ſit bonæ fidei poſſeſſor, non tenetur reſtituere fructus, niſi ex his locupletior ſit factus. malæ fidei vero poſſeſſor, non ſolum perceptos, ſed etiam quos percipere potuit, & etiam vſuras prætii rerum ante litem conteſtatam venditarum; poſt litem conteſtatam bonæ fidei poſſeſſor mala fide poſſidet.

Pendente quæſtione hereditatis legata ſoluuntur præſtita cautione.

Poſt petitionem hæreditatis de inofficioſo teſt. generalis proponitur petitio hæreditatis, id eſt vindicatio aſſis, qui ad nos iure aliquo pertinet, ſed ea actione continentur, etiam quæ nunquam hæreditatis fuerunt, vt pretia rerum vendi-

tarum, & pecuniæ exactæ à debitoribus, & ideo mixta eſt actio.

IV. SI PARS HEREDITATIS PETATVR. D.

IDem ſtatuitur in parte hereditatis petenda, quod in tota & in hoc titulo mẽtio fit de ſingulis heredibus, qui ius ſuum perſequuntur, & dubitatur quænam partes hæreditatis tribuendæ ſunt, verbi gratia, ſi Poſthumus cum aliis inſtitutus ſit heres, vel ſi ex pluribus, quidam petant hereditatem, alii deliberent.

V. DE POSSESSORIA HEREDITATIS PETITIONE. D.

BOnorum poſſeſſio eſt, facultas petẽdi, vel retinendi patrimonii à Pretore conceſſa iis qui ſimiles ſunt heredibus, vt bonorum poſſeſſoribus, exceptis Carbonianis, l.3. §. Miſſum, de Carb. Dig. ex quo poſſe ſſoriis etiam actionibus, nomen, miſſum autem ex Carboniano in poſſeſſionem ſtudent Prætores poſſeſſorem conſtituere. Quod ſi ceperit, aut hereditatem petere, quaſi bonorum poſſeſſor Carbonianus, aut ſingulas res, rectiſ-

ſime Iulianus, lib. 24. D. ſcribit exceptione ſubmouendum.

VI. DE FIDEICOMMISSARIA HEREDITATIS PETITIONE D.

SI integra hereditas reſtituta non ſit, quod deeſt, petitur hac actione, à fideicommiſſariis, quibus ex Senatuſconſ. reſtituta eſt hereditas. nam & hi heredes imitantur. Sciendum eſt hanc actionem, aduerſus eum qui reſtituit hereditatem non competere. Nam vt ait Vlpianus, ſi bonorum poſſeſſor ſim eius cui fideicōmiſſaria hæreditas relicta eſt, vel eius ſucceſſor, per hanc actionem experiri poſſum.

LIBER SEXTVS. T. I.

DE REI VINDICATIONE D. ET C.

REi vindicatio à vindicando dicitur. Vindicare autem eſt, vt inquit Cicero, de manu poſſeſſoris iure liberare. res non eſt in hoc titulo hæreditas, ſed ſpecies certa, titulus ergo de petitione ſpeciali, quia quis ſpeciē, corpuſue certum

ſuum eſſe aſſerit, hoc fere modo fundus Tuſculanus qui eſt in agro, qui Sabinus vocatur, meus eſt rei. Vindicatio eſt igitur ſpecialis in rem actio, qua quis petit ſe rei dominum declarari, id eſt proprietatis adſertio: Nam verbum rei hîc ſignificat proprietatem, vt olim fieret vindicatio: Vt apud Gellium 20. cap. 9. Gothofredus, hac actione res ſingulæ petuntur ab eo qui poſſidet, vel dolo deſiit poſſidere.

Vindicias poſſeſſionem appello, (inquit Cuiacius) & videtur nomen detractum à vi quadam ciuili, vt Gellius explicat cap. 20. Vindicis appellantur res eæ de quibus controuerſia eſt, apud Gellium manum conſerere eſt; de qua re diſceptatur in re præſenti, ſiue ager, ſiue quid aliud eſt, cum aduerſarium manu prenderit, ea re ciuilibus verbis vindicare. vindicio id eſt correptio manus in re, atque in loco præſenti apud Prætorem ex XII. tabulis fiebat.

Hæc actio non competit, niſi vero domino, & res reſtituitur cum fructibus, & omni cauſa damni dati. addita tamen diſtinctione quæ locum habet in bonæfi-

Digitized by Google

dei, vel malæfidei poſſeſſoribus.

Qui agit rei vindicatione, ſe dominum probare debet inſtrumentis, teſtibus, vel certis iudiciis. Requiritur etiam vt ille qui agit in rem illam deſignet, exempli gratia ſpeciem, numerum, pondus, vel menſuram, & alia accidentia.

II. DE PVBLICIANA IN REM ACTIONE. D.

PVbliciana actio à Publicio Prætore eſt appellata. Publiciana actio eſt vtilis, ſiue Prætoria vindicatio, quæ amiſſa poſſeſſione datur ei qui à non Domino rem traditam ex iuſta cauſa adquirendi dominij bona fide accepit, necdum vſu cepit (inquit Cuiacius.)

Iuſta ex cauſa, hoc eſt titulo, emptionis, donationis in dotem. æquum enim viſum eſt Prætori actionem tribuere ei, qui bona fide rem poſſidebat aduerſus eum qui nullo titulo poſſidet, & in hoc differt hæc actio à rei vindicatione, quia qui nondum vſucepit Dominus dici nõ poteſt. Exceptio iuſti dominij publicianam excludit.

Digitized by Google

III. SI AGER VECTIGALIS, VEL EMPHYTEVTICARIVS PETATVR. D. ET DE IVRE EMPHYTEVTICO. C.

AGri vectigales in perpetuum locantur, vt tandiu pro his vectigal ſoluatur, quandiu ſoboles ſupereſt, nec auferri poſſunt ab his qui acceperunt, niſi quibuſdam ex cauſis.

Ager verò emphyteuticarius traditur in perpetuum colendus vt melior, & fertilior reddatur certa penſione conſtitutá, & hoc conſtituitur diſcrimen inter vectigalem agrum, & emphyteuticarium, quia vectigalis datur à republica, vel municipibus huius agri proprietas, id eſt, dominium iuris Quiritium penes ciuitates manebat, neque in poſſeſſorem traſſferebatur.

Emphyteuticarius verò ager datur à priuatis. Cuiacius verò, & Hothomanus, aiunt agrum vectigalem eſſe emphyteuticarium. Alciatus verò contrariam opinionem tuetur, cui ad ſtipulor.

Emphyteuſis dicta eſt ab ἐμφυτεύω

quod eſt inſero, ſeu planto, prædia enim deſerta,& quaſi pro derelicto habita antiquitus excolenda fruendaque colono in perpetuum dabātur,qui ob id emphyteuta dicitur.

Vectigalia prædia ſunt Ciuitatum,prædia emphyteuticaria tributaria,& ſtipendiaria ſunt prouincialia,prædia,Gothofredus,Pacta conuenta in contractibus emphyteuticis ſeruanda ſunt. *Si* verò caſus fortuiti nulla facta fuerit mẽtio,& emerſerit clades quæ faciat interitum rei datæ in emphyteuſim periculum ſpectat ad dominum directum: *Si* verò particulare,vel leue damnum acciderit,imputatur emphyteutæ,ſi emphyteuta per trienniũ Canonem, vel penſionem non ſoluerit; poteſt dominus illum repellere,& lucratur emphonemata ſiue ameliorationes, nec nocet exceptio pœnæ.

Emphyteuta non poteſt vendere rem in emphyteuſim datam ignorante domino:quòd ſi hoc egerit,priuatur re.

Digitized by Google

LIBER VII. TIT. I.

DE VSVFRVCTV, ET QVEMADMODVM QVIS VTATVR, FRVATVR. D. ET DE VSVFRVCTV ET HABITATIONE, ET MINISTERIO SERVORVM. C. ET DE VSV ET HABITATIONE. D.

SEruitutes, aliæ ſunt perſonarum, aliæ rerum. Incipit à ſeruitutibus perſonarum, id eſt, quibus prædia perſonis ſeruiunt, ex his eſt vſusfructus, qui definitur initio tituli, Ius alienis rebus, vtendi, fruēdi, ſalua rerum ſubſtantia, hoc eſt, quicquid naſcitur in fundo, vel quicquid inde percipi poteſt, vſusfructuarij eſt: additur ſalua rerum ſubſtantia, quia vſusfructuarius non poteſt proprietatem deteriorem facere. Præterea vſusfructuarius non poteſt vti, frui antequam cautionem præſtet ſe vſuum fructurum arbitratu boni viri, ideo additur, Quemadmodum vtatur, fruatur. Nam ad modum fructuarius magis quàm ad qualitatem vtendi dirigimus. Vſusfructus eſt ius perſonale, finitur cum perſona, & ideò vendi non

poteſt, quia inutilis eſſet proprietas. Vſufructuarius ſarta tecta ſuis ſumptibus pręſtare debet, id eſt, modica refectio ad illum pertinet, maxima verò ad proprietarium, verbi gratia, ſi ædes vetuſtatę corruerint, fructuarius tueri & reficere id quod accepit, poteſt, nihil autem noui facere, niſi caſam fructuum colligendorum & recondendorum gratia. ideoque vſufructuarius nouum tectorium parietibus inducere, vel imponere non poteſt. Male in l. 16. legitur nouum riuum, cùm legendum ſit, nouum tectorium.

Per myſterium ſignificantur operæ ſeruorum alienorum, vſusfructus amittitur fructuarij morte, & capitis minutione, & non vtendo, quandiu ſeruus viuit operę debentur. Habitatio etiam quamdiu ædes ſaluæ ſunt. Mors eius cui debetur, miniſterium non extinguit, quia in facto conſiſtit, ideo hæredi debetur.

Si verò habitatio alicui relicta ſit, per ſe inhabitare poteſt, & non alij cedere. Notandum eſt tamen vſufructuarium, & qui habet habitationem onera agnoſcere debet, vt puta, tributa, vectigalia, alimenta, & alia huiuſmodi. Nudus vſus eſt, qui

eſt ſine fructu, cui vſus relictus eſt, morari in agro, venari, ſpatiari, carpere poma, vti oleribus & floribus, aqua, & lignis. Sabinus, Caſſius, Proculus, & Labeo.

II.

DE VSVFRVCTV ACCRESCENDO.

D.

IVS accreſcendi, eſt ius nanciſcendę vel retinendæ partis eius qui non concurrit, vel concurrere deſiit. Ius accreſcendi habet locum, quoties duobus vel pluribus coniunctim, vſufructus legatus eſt altero ex his deficiente, fit autem id variis modis, veluti Titio, & Seio Sticũ do. §. inſtit. de legatis, ſi vna oratione ad eandem rem vocantur, & ob eam cauſam dicuntur re, & verbis cõiuncti, vel ita Titio Sticum do, Seio eundem Sticum, dict. §. hi duabus orationibus ad eandam rem vocantur, veniunt & concurrunt. Ideoque verbis ſeu oratione diſiuncti, re coniuncti dicuntur.

Additur tertia ſpecies coniunctionis eorum qui verbis, ſeu orationę vna ad res diuerſas vocantur, veluti Titio, & Seio fundum fortidianum æquis portionibus, do, lego. triplex autem eſt coniun-

ctio, ſcilicet re ſolum, verbis, & re & verbis. Notandum eſt tamen illum qui re & verbis coniunctus eſt, præferri ei qui verbis, aut re tantum coniunctus eſt, ſed qui re coniunctus eſt, præfertur ei qui verbis coniunctus eſt, l. re coniuncti. D. de Legatis. 3.

III. QVANDO DIES VSVFRVCTVS LEGATI CEDAT. D.

DIes legati cedit ab adita hæreditate, id eſt incipit deberi, peti tamen non poteſt, niſi adueniente conditione.

Diem legati cedere, cùm dicimus, inquit Cuiacius, ſignificamus poſt eum diem moriente legatario legatum deberi, vel tranſmitti in heredem eius, aliud eſt vſumfructuum, aliud in menſes, in dies eſt annos ſingulos legare, vſufructus legati dies, ſemel cedit, in dies vel annos ſingulos ſæpius.

IIII.

QVIBVS MODIS VSVFRVCTVS, VEL VSVS AMITTITVR. D.

VSusfructus amittitur, vt dictum eſt ſupra, capitis diminutione, morte,

tempore, rei mutatione, non vtendo, ceſſione, acquiſitione, dominij, Id eſt conſolidatione proprietatis. vide Gothofredum in hunc titulum.

V. DE VSVFRVCTV EARVM RERVM QVÆ VSV CONSVMVNTVR, VEL MINVVNTVR. D.

HOc titulo oſtenditur nullam eſſe rem quæ non cadat in vſusfructus legatum, vel ſtipulationem, vt l. vſufructu, ff. ad l. Falcid. ex ſenatuſconſulto, remedio cautionis etiam earum rerum, quarum abuſus eſt. Non vſu vſusfructus conſtituitur, inquit Cuiacius, vel de vſufructu earum rerum, id eſt de vſufructu pecuniæ, vini, olei, frumenti, quarum tamen rerum non eſt proprie vſusfructus, ſed quaſi vſusfructus. Nam vſus eſt in abuſu, mutatur enim ſubſtantia vtendo. in l. 65. habetur vſusfructuarius in locum demortuarum, vel inutilium capitum alia ſummittere, vt Virgilius ait, atque aliã ex alia generando ſufficere prolem, & paulo poſt.

Semper

Semper erunt quarum mutari corpora malis.
Semper enim refice, ac ne poſt amiſſa requiras.
Anteueni & Sobolem armēto ſortire quotannis.

Harum rerum vſufructuarius cauere debet adueniente morte eius ſe reſtituturum, vel heredes eius tantumdem, eiuſdem qualitatis, quantitatis, & exiſtimationis.

VI. SI VSVSFRVCTVS PETETVR, VEL AD ALIVM PERTINERE NEGETVR. D.

IN hoc titulo duæ proponuntur actiones, confeſſoria, quæ ei competit, qui vſumfructum ſibi deberi aſſerit: altera quæ contraria eſt, quæ vocatur negatoria, ſiue negatiua, quæ competit Domino qui negat rem ſuam per vſumfructum alii ſeruire.

VII. DE OPERIS SERVORVM. D.

Vide ſupra, titulo de vſufructu.

VIII. DE VSV, ET HABITATIONE. D.

VSus, & vſusfructus differunt. Nam qui habet vſum, re frui non poteſt,

vt ſi vſus prædij relictus ſit, poteſt deambulare in prædio, venari, & voluptatis cauſa aliquid agere. tamen vſus, & habitatio non differunt; nam qui vſum, & habitationem habet, cum familia vti poteſt, ſed non aliis tradere, & hoc eſt quod ait Cuiacius, vſum quoque imitatur habitatio, niſi quod capitis minutione & non vtendo, non amittitur, & ex re ipſa quæ habitationem debet etiam ſpectatur magis, quàm ex perſona, cui debetur vt operæ ſeruorum, vt fructus ſine vſu.

Opera in actu conſiſtit. in eo actu conſiſtere ea dicuntur quæ non conſiſtunt niſi cum aguntur, quorum eſſentia in ipſo actu, ſeu dum res aguntur, conſiſtit: fructus ſerui ſunt operæ.

VSVFRVCTVARIVS QVEMADMODVM CAVEAT. D.

HIc titulus communis eſt vſui, & vſufructui, & ſimilib⁹ quæ retulimus ſupra, vt caueat qui hæc iura habet, ſe vſurũ boni viri arbitratu, & amiſſo, vel finito iure ſuo poſſeſſionem domino reſtituturũ.

Digitized by Google

Cautio prætoria eſt, inquit Cuiacius.

LIBER VIII. TIT. I.

DE SERVITVTIBVS. D. ET DE SERVITVTIBVS, ET DE AQVA. C.

A Seruitutibus perſonarum, tranſit ad ſeruitutes prædiorum, eæ ſunt iura quibus prædia, alia aliis ſubiiciũtur, vel iura quæ quis in alieno prædio predij ſui nomine impoſita habet, quibus modis conſtituantur, hoc titulo declaratur.

Quod ſubiicit, & de aqua, non de aqua eſt ſimpliciter, vt in titulo Digeſtorum de aqua, de qua competit ex XII. tabulis actio in perſonam aquæ pluuiæ arcendæ, ſed de ſeruitute aquæductus, aquæ hauſtus. De aqua eſt actio in rem, confeſſoria & negatoria, ſicut de cæteris ſeruitutibus perſonarum, aut prædiorum.

De aqua veluti per eminentiam, quia nulla eſt ſeruitus alia de qua tot ſint conſtitutiones in hoc titulo, vt de impuberum & aliis ſubſtitutionibus, quod magna pars tituli ſit de ſubſtitutione pupillari, & quod nulla ex omnibus rebus, tantas habeat ad vſum neceſſitates, quantas

cedi, vt iter quod tum dicitur ius tranſeundi.

Seruitutes autem ruſticæ ſunt hæ; iter, actus, via, aquæductus, aquæhauſtus, ius pecoris appellendi, vel paſcendi, calcis coquendæ, vel arenæ fodiendæ. Iter eſt ius ambulandi hominis, non iumentum agendi. actus vero eſt ius agendi iumentum, vel vehiculum. Via eſt ius agendi, & eundi, & ambulandi. nam iter, actum continet, quia agebant actus, quia vehebant, viæ appellatæ ſunt, inquiunt veteres Grammatici.

IIII. COMMVNIA PRÆDIORVM, TAM VRBANORVM QVAM RVSTICORVM. D.

QVæ communia tam vrbanorum, prædiorum, quam ruſticorum & ſeruitutum eorum ſunt explicantur hoc titulo, exempli gratia, vt ſeruitutem adquirere non poſſit niſi qui prædiũ habet, & duorum prædiorum dominus, vnum tradendo poſſit, alterum alterius ſeruum facere, & ſic de ſimilibus, quod non de ſingulari tantum perſona, ſed de municipio, ciuitate, & vniuerſitate accipiendum eſt l. 12. de

Digitized by Google

ſeruitutibus ſupra, inquit Gothofredus.

V. QVEMADMODVM SERVITVTES AMITTVNTVR. D.

SEruitutes amittuntur confuſione, adquiſitione dominij, vtriuſque prædii, non vtendo, decem annis, id eſt vſucapione libertatis, & ceſſione.

VI. SI SERVITVS VINDICETVR, VEL AD ALIVM PERTINERE NEGETVR. D.

DE ſeruitutibus duæ competũt actiones, confeſſoria, & negatoria, ad exemplum earum actionum, quæ ad vſumfructum ſpectant, & quæ cadunt in illas, conueniũt his. Nam vel negatur ſeruitus, vel aſſeritur his modis quibus exempla ponuntur in hoc titulo: verbi gratia, in communi prædio non poteſt vnus inuito altero ſeruitutem imponere, vel clarius confeſſoria, id eſt, vindicatio ſeruitutis, & negatoria, quæ ſeruitutem negat, libertatem adſerit, vt ius eſſe altius tollere iure impoſititio, & ius non eſſe, altius tollere.

Digitized by Google

LIBER IX. TIT. I.
SI QVADRVPES PAVPERIEM FECISSE DICATVR. D.

IN hoc titulo proponitur de pauperie quadrupedum actio noxalis, id eſt, de damno dato ſine iniuria, nam animal rationis expers iniuriam facere non poteſt. in noxam dare eſt animal viuum tradere.

Morte extinguitur actio noxalis quæ competit, vt puta, ſi equus calcitroſus calce percuſſerit, aut bos cornu petierit, & datur aduerſus dominum. nam noxa caput ſequitur, tenetur enim animal dare pro noxa, vel exiſtimationem ſoluere, hæc actio vtilis competit, & ſi non quadrupes, ſed aliud animal, vt ſerpens, vel auis, vel piſcis pauperiem fecit, id eſt nocuit.

II. AD LEGEM AQVILIAM. D. ET DE LEGE AQVILIA. C.

AGit in hoc titulo de damno iniuria dato, hoc eſt culpa, tractat, de occiſo, vel vulnerato homine, vel pecude. Lex

Digitized by Google

Aquilia ab Aquilio tribuno plebis appellata eſt. hęc actio in duplum datur propter mendacium, & petitur non quanti fuit, ſed quanti interfuit iniuria damnum datum non eſſe. Iniuria autem fit, quod non iure factum eſt. Notandum eſt hác actionem competere, quoties damnum datur ab homine libero, vel ſeruo homini, vel bonis. Primum caput legis Aquiliæ, eſt de occiſo homine, vel pecude.

Tertium de vſto, fracto, rupto, ideo; Feſtus interpretatur verbum rupſit, damnum dederit: & verbum ſarcito, quod Feſtus interpretatur damnum præſtato, ſoluito, l. 2. hoc titulo. Secundum caput, quod in deſuetudinem abiit, videtur fuiſſe de quauis alia ratione damni dati, etiã ſi non fuerit læſa res noſtra, ſed intercepta nobis fortè vtilitas quædam, vt aduerſus Piſcatorem ſocium à Plinio proditum eſt lib. 9. Naturalis hiſtoriæ, cap. 59. qui Anthiam conciliatorem capturæ, & ducem ceperat cum is in macello agnitus eſſet à ſocio, cuius iniuria erat damni dati editam formulam condemnatumque æſtimata lite x. libris. conſtat enim ſocium ſocio teneri lege Aquilia, l. 47. pro ſocio,

vt ait Cuiacius.

III. De iis qvi eiecerint, vel effvderint. D.

QVia damna ſæpe deiectione, vel effuſione prætergredientibus inferũtur, propter hoc edictum proponit.

Qui inhabitat ædes tenetur hac actione, non qui effudit, & datur in duplum. Si verò noceat quod poſitum erat, datur actio in eum, qui poſuit ex ſecundo capite huius edicti.

IIII. De noxalibvs actionibvs. D. et C.

VIs noxalium actionum hæc eſt, ne dominus teneatur vltra deditionem noxæ, quam poteſtatem habet. Nam quemadmodum emolumenta & fructus domino adquiruntur: Ita damna, culpa ſerui data, ad dominum pertinent. hoc intellige ignorante, aut vetante Domino. Nam ſi ſciente, vel iubente damnum datum ſit, noxæ dedẽdæ facultatem non habet. Noxales actiones ſunt in perſonam, non in

Digitized by Google

rem ex priuatis delictis ſeruorum. Nam legibus iudiciorum publicorum fere omnibus, ſerui rei fieri poſſunt.

LIBER X. TIT. I.

FINIVM REGVNDORVM D. & C.

HÆC actio mixta eſt, & competit in rem, & in perſonam: ideò extenditur vſque ad triginta annos. Redditur autem inter confines de agrorum terminis regendis. Regi autem fines Boetius interpretatur, quoties vnuſquiſque ager propriis finibus terminatur.

Hoc iudicium locum habet quoties termini obſcuri, confuſi, vel occupati ſunt, & ratio fructuum habetur. Si verò dolo moti ſint termini, pœna erit relegationis, operis publici, aut verberum. Quintius Fabri. Labeo arbiter Nolanis, & Neapolitanis datus, malitioſè intermedium locum Romanis adiudicauit. Cicero 1. Offic. Si ſine dolo, pœna pecuniaria: lege enim diuina cautum eſt transferre terminos.

Probantur autem termini monumentis,

Digitized by Google

cenſu, antiquis dominis, & vicinis.
Illud ad extremum adſcribendum videtur ex lege 12. tabul. & lege Manilia non fuiſſe vſucapionem intra quinque pedes. quoniam quinque pedum ſpatium, quaqua verſus circum finales lapides relinquendum erat: quoniam hanc latitudinē iter ad culturas accedentium occupat, vel circumactus aratri, vt Agēnus Vrbicus ait. Seruitus itineris cum prædio vſucapi poteſt, non iter limitare.

II. FAMILIÆ ERCISCVNDÆ. D. & C.

HÆC actio etiam mixta eſt, & competit in rem, & in perſonam: datur enim inter cohæredes, & ſimiles perſonas. Per familiam autem intelligimus res hæreditarias, non hæreditatem, quia ius eſt, & diuidi non poteſt. Nomina etiā diuidi non poſſunt, quia ipſo iure diuiſa ſunt. Peculia caſtrenſia, prælegata, aduentitia, vt dotes, & huiuſmodi, vt quæ ſtudiorum cauſa data, non veniunt in iudiciū familiæ erciſcundæ.

Portiones cohæredum augentur in-

cremento fructuum perceptorum ab aliis cohæredibus.

Si bona paterna iudicio familiæ erciſcũdæ diuiſa ſint, euictæ portionis detrimentum cohæres agnoſcere tenetur.
In hoc iudicio iudex ſequi debet diſpoſitionem defuncti, ſiue epiſtola, ſiue aliis quibuſcumque verbis appareat. Notandum tamen eſt Erciſci vetus verbum eſſe. XII.tab. pro diuidere, & eſt verbum ſimplex, non compoſitum, vt lib. de Orat. 1. qui quibus verbis Erciſci oporteat, neſciat, idem familiæ erciſcundæ cauſam agere non poſſit. & meritò indiuiſa apud Feſtum Erciſcundæ, & diuidundæ, vt Erciſcundi Stoici ſermo in 3. Æneid. Mediæ ſententiæ auctores, & quaſi diuiſores, vt non aberrarim forte, inquit Cuiacius. Si in Erciſcundę diuiſerim Er, & ciſcundæ, vt Feſtus & Donatus. Ērctum & citum, erctũ pro hæreditate, citum pro diuiſione: & eres vel ereditas ſcribitur interdum Floro, & erus, in titulo ad legem Aquiliam, cui adſtipulor, reiecta priore ſententia Hothomani.

Digitized by Google

III. COMMVNI DIVIDVNDO. D. ET C.

HOmmuni diuidundo actio redditur inter alios ſocios, immò & inter cohęredes ſingulares, & inter eos, qui eandē rem emerunt, vel legato adepti ſunt. Denique locum habet cùm res communis eſt inter aliquos, ſi velint recedere à communione, non tantùm veniunt in hanc actionem quæ erāt in bonis, ſed quæ ſunt ex bonis, & ſi quid in communibus damni datum ſit, vel abſit, aut ſuperſit, ratio habetur.

Si commodè res diuidi non poſſit, licitatio locum habet nemo enim inuitus manere in communione cogitur. plus eſt in actione familiæ erciſcundę, quòd veniunt in eam etiam res non communes; vt commodatæ & depoſitæ: & non eſt de vna re, & non iteratur, niſi magna ex cauſa, ſicut communi diuidundo.

IIII.

AD EXHIBENDVM D. ET C.

MIxtis actionibus adiungitur actio ad exhibendum. agitur primùm,

vt res exhibeatur. Deinde res exhibita vindicatur. eſt igitur præparatoria rei vindicationis. ad exhibendum, i. de exhibendo, vt ad legem Iuliam, id eſt, de lege Iulia. ad municipalem, id eſt de municipali. Cuiac.

Exhibere eſt facere in publicis poteſtatem, vt ei qui agat experiundi ſit copia.

Qui iudici præcipienti exhibere non paret, damnatur in id quod intereſt.

Res non exhibetur mutata forma, ſciẽdum eſt res mobiles vel ſe mouentes tantum exhiberi poſſe, immobiles ſeipſas ſua natura oſtendunt.

Hæc actio perſonalis eſt, & qui hac actione agere vult, argumenta rei dicere debet.

Actio ad exhibendum datur vindicaturo, interdicturo vtrobi, optaturo, noxali iudicio acturo. Hic titulus differt à titulo de edendo, quo non dominium inſtrumenti, ſed ex eo tantùm probationes petuntur, propter alios etiam contractus datur, puta depoſiti, locati, commodati. Gothofredus.

LIBER II. TIT. I.
DE INTERROGATIONIBVS IN IVRE FACIENDIS. C. ET INTERROGATORIIS ACTIONIBVS. D.

VTilitas huius tituli ex eo pendet, quia in iudiciis quaſi contrahitur, interrogatoria actio, quæ aduerſus interrogatum ex reſponſo datur actio, vt confeſſoria, quæ datur aduerſus ſpontè confitentem, & qui reſpondet in iudicio ex reſponſo obligatus eſt, verbi gratia, qui dixit ſe hæredem eſſe, vel bonorum poſſeſſorem, vel ſe damnum dediſſe, vel dominum eſſe. Itaque confeſſionibus ſtandum eſt, tamen animaduertendum eſt illum, qui obſcurè reſpondit, non reſpondiſſe. Ante iudicium conſtitutum nemo interrogatur, l. 1. eodem. Interrogatoriam non vocamus qua interrogationi cogitur aduerſarius reſpõdere, nulla eo nomine fuit vnquam actio: ſed interrogatoria dicitur, quia ex interrogati reſponſione datur, l. de etate Duarenus diſput. anniuerſa. l. 1. cap. 43.

Digitized by Google

II. DE QVIBVS REBVS AD EVNDEM IVDICEM EATVR. D.

HIc titulus reſpicit ad duplices, & mixtas actiones, vt vnum iudicem habeant, ſicut mutuę petitiones, aut ſi plures vendicent dominium ſerui, vel vnus dominium, alter vſumfructum.

In litibus connexis eundem iudicem ſumere oportet, licèt conſortes ſint in diuerſis prouinciis, vt in iudicio familiæ erciſcundæ, communi diuidundo, finium regundorum, & aliis, ne continentia cauſæ diuidatur.

Quintilianus 3. priuata iudicia ſępe vnū iudicem habere ſolent, nec aliæ ſpecies erunt, etiamſi vnus à duobus duntaxat eandem rem, atque ex eadem cauſa petit, aut duo ab vno, aut plures à pluribus, quod accidere in hęreditariis litibus, interim ſcimus; quia quāuis in multis perſonis, cauſa tamen vna eſt, niſi conditio perſonarum quæſtiones variauerit, & bonæfidei poſſeſſor non tenetur actione ſerui corrupti, quia ſua re abuti ſe exiſtimauit, neque dolo malo ſeruum corrūpit. In frau-

dem domini, noxali verò conueniri ex facto ipſius ſerui poteſt.

III. DE SERVO CORRVPTO. D

QVi ſeruum corrupit, vt ſi deteriorem fecerit, tenetur ex hoc edicto. præterea non tantùm de corrupto, ſed etiam de recepto, & ſub diſiunctione proponitur hocmodo. Quod ſeruum meum receperis, aut corruperis, vt ope, aut cõſilio. nam alterutrum probare ſufficit.

IIII. DE SERVIS FVGITIVIS. D.

QVi ſuaſit ſeruo vt fugeret, vel qui fugitiuum celauit, tenetur hoc edicto ex priori ſpecie de fugitiuis: additur, eum qui recepit & celauit fugitiuum teneri furti, quod vtique verum eſt, & ſi obtentu togæ, vt ex Sabino Gellius refert, ſi receperit tantum abſcondendi cauſa, ex ſuperiori titulo tenetur. Si recepit, & requiſitum celauit lucrifaciendi animo, furti: additur etiam S.C. de requirendis fugitiuis, ſolebant fugitiui notis, vel litteris compungi. Petronius Arbiter. notũ fugitiuo-

rum Epigramma. Et Quintilianus Si quis fugitiuo ſtigmata ſcripſerit.

V. DE ALEATORIBVS D. ET C. DE ALEÆ LVSV ET ALEATORIBVS.

QVi aleatorem ſuſcepit tenetur, & qui ludere compulit. condictio indebiti, competit ei qui victus alea ſoluit. ſuſceptori aleatorum impune furtum, & iniuria fieri poteſt. ſi ſeruus, vel filiusfamilias vict⁹ ſit alea, datur repetitio ex hoc edicto, tamen in conuiuio familiæ ludere licet ſolidum vel numiſma.

Aleæ nomen omnem fortunæ luſum complectitur. Alea eſt teſſerarum, talorum, vel ſcaptorum ludus, turricula, fritillus.

Excipiuntur quinque ludi, quia virtutis cauſa ſuſcipiuntur; ſingularis ſaltus, ſaltus conto ſuffultus, Iaculatio haſtæ, pili, vel conti, ſine cuſpide, quæ quintani iaculatio dicitur ab inuentore, hodieque quintana colluctatio. troia, ſiue pyrricha, curriculum equorum. Condictio quaſi indebiti competit ei qui victus alea ſciens vltro ſoluit id quod in alea amiſit: eſt actio in

Digitized by Google

ſimplum, & vt conditioni eius, quod alea luſum eſt, nulla præſcriptio obſtet niſi annorũ, L. & arcanæ popinæ in quibus alea luditur, publicentur, vt eruditè animaduertit Cuiacius.

VI. Si mensor falsvm modvm dixerit. D.

SI agrimenſor falſum modum renũciauerit, ex hoc edictotenetur in id quod intereſt, hoc intellige, ſi dolo verſatus ſit. Nam ſi imperitè ſibi imputare debet, qui eum elegit. ex magna negligentia, tenetur menſor. Synopſis Baſil. cap. 1.

VII. De religiosis, et svmptibvs fvnervm, et vt fvnvs dvcere liceat. D. et C.

IN hoc titulo definitur quæ ſint loca religioſa, qui faciant locum religioſum, & qua actione teneatur, qui in alienum locum mortuum intulit, in actionem funerariam veniunt ſumptus funeris cauſa facti veluti ad pompam exequiarum, ad elationem corporis, ad locum ſepul-

cri, ad perferendum corpus hominis peregrè mortui, ad cuſtodiendum corpus, ad commendandum corpus, l. & ſi quis, §. funeris, D. hoc tit. vt in veteri quodam libello dato Seuero Imperatori, cùm corpora eorum fictili ſarcophago commendauerint, niſi ſpecialiter teſtator deſignet monumentum, quantum terræ ſpacium religioni cederet, indicat Cic. Philipp. 9. hinc illæ notæ in Fr. p. x. in agr. p. xx. id eſt, in fronte pedes decem, in agrum pedes viginti patere. hinc Horat. 1. ſat. 9.

Mille pedes in fronte trecentos cippus in agrum,
Hic dabit heredes monumentum, ne ſequeretur.

In fronte eſt in latitudine: in agrum, in longitudine titulo ambitus ſepulchri concludebatur. Vrbicus. Actio funeraria competit ei qui ſuis ſumptibus aliquem funerauerit, & præfertur creditoribus anterioribus. Loca religioſa vindicari non poſſunt, nec vſucapi. qui repudiat hæreditatem, non amittit ius ſepulcri.

Ius familiarium ſepulchrorum ad heredes inſtitutos pertinet, non ad affines, aut cognatos. ad agnatos verò ſpectare exiſtimo, quia ſunt ex familia: ius ſepeliendi præſcribitur longo tempore, quod addi-

tur in titulo, vt funus ducere liceat, non tam pertinet ad actionem in factum, qua tenetur qui prohibuit inferri mortuum, oſſaue mortui in eum locum quo ius inferendi fuit, quàm ad edictum Diui Seueri, quod proponitur. l. 38.

VIII.

DE MORTVO INFERENDO, ET SEPVLCRO ÆDIFICANDO. D.

HOC interdictum datur ei, qui mortuum in locum ſuum prohibetur inferre, aliud etiam interdictum prohibitorium de ſepulcro ædificando, vel reficiendo, quaſi proprietatis cauſam continet: quia domino loci ſolummodò competit.

LIBER XII. TIT. I.

DE REBVS CREDITIS, SI CERTVM PETATVR, ET DE CONDICTIONE D. ET DE REBVS CREDITIS: ET DE IVREIVRANDO C.

DE rebus creditis, debitiſque ex aliquo contractu agitur in hoc titulo, cuicumque aſſentimur alienam fidem ſe-

Digitized by Google

cuti mox recepturi, quid ex hoc contractu credere dicimur: credendi tamen verbum generaliter varios contractus continet, vt ſi quid ſit depoſitum, commodatum, mutuum eſt creditum quantitatis datæ ea lege, vt eadem ipſa quantitas reddatur in genere, non in ſpecie eadẽ. Nonius Marcellus; Honeſtius inquit, mutuũ eſt, quod ſub amico affectu fiat meum tuum vſu tẽporis neceſſarij. Comicus; Si mutuum non potero, certum eſt, ſumam fœnore. Cicer; Fundamentum iuſtitiæ eſt fides, id eſt dictorum, conuentorumque conſtantia, & veritas ex quo quanquam hoc videbitur fortaſſe durius; tamen audeamus imitari stoicos, qui ſtudioſè exquirunt, vnde verba ſint ducta, credamus, quia fiat, quod dictum eſt appellatam fidem, titulus de tutelis, de in integrum reſtitutionibus, & alij multi ſpecierum ſuarum tractationem antecedunt. hic titulus, & de pignoribus, mixti ſunt. Cuiacius negat hunc titulum generalem eſſe. Obſeruat. 7. cap. 32.

Mutuum eſt, quod de meo tuum fit, & conſiſtit in numero, pondere, & menſura. Creditum ergo differt à mutuo vt ge-

nus à ſpecie.

Duæ ergo condictiones hoc titulo proponuntur, vna eſt certi condictio, quæ datur in eum, cui res, vel pecunia certa credita eſt, id eſt, qui corpus, vel quantitatem certam debet, & propriè datur ex mutuo. nam creditor eſt, qui mutuam pecuniam dedit, cæteri creditorum loco ſunt. Actio, ergo quæ ei competit, eſt certi condictio, vel actio, ſi certum petetur de rebus creditis, nam pecunia refertur ad ſolam mutui cauſam. Seneca 3. de benefic. pars optima beneficij periit, ſi actio ſicut certæ pecuniæ, aut ex cōducto, aut locato datur. Altera eſt condictio certi, quæ competit ex omni cauſa, & ex omni obligatione, ex qua certum petitur vt ex cauſa legati.

Notandum eſt titulorum iuris ſignificationes iuris interpretibus non eſſe negligendas. E re eſt, inquit Vlpianus, priuſquā ad verborum interpretationem perueniamus, pauca de ſignificatione ipſius tituli referre. l. 1. hoc tit.

Digitized by Google

II.

De iureiurando, sive voluntario, sive necessario, sive iudiciali. D. et de iureiurando C.

IVſiurandum eſt ſancta affirmatio, quæ fit propter defectum probationũ, qua pleraque firmantur inter homines Deo immortali interpoſito, tum iudice, tum teſte. eius genera tria ſunt.

Iudiciale, quod à iudice defertur.

Voluntarium, quod à parte defertur in iudicio, vel extra iudicium.

Neceſſarium, quod pars cui delatum eſt, refert delatori. Non eſt autem actio, ex iureiurando, ſicut nec ex pacto iure Ciuili.

Antiqua iuſiurandi formula, tit. Liu. lib. 22. ex animi mei ſententia iuro, vt ego rempublicam non deſeram, neque alium ciuem deſerere patiar. Solemnia verba erant, ſi ſciens fallo me dieſpiter, ſalua vrbe, arceque bonis eiiciat, vt ego nunc lapidẽ, auctore Sexto Pompeio. Suetonius in Iulio apud eam longo tempore ſacrificare, vota ſuſcipere, controuerſias quaſdam interpo-

Digitized by Google

terpoſito per Cæſarem, iureiurando diſtrahere perſeuerauit, immo ſane dicitur iuſiurandum emplaſtrum æris alieni 16. Gellius 17. & Pacuuio iuſiurandum eſſe traditur, nihilaliud quam mantile, quo noxæ quotidie extergantur.

III.

De in litem ivrando D. et C

IVſiurandum in litem eſt, quod à iudice defertur actori, eius rei, quę in iudicium deducta eſt æſtimandæ cauſa, & defertur ſepenumero ob dolum, vel contumaciam aduerſarii.

Iudex tamen non tenetur ſequi æſtimationem illam.

IIII. De condictione cavsa, data, cavsa non secvta. D. et de condictione ob cavsam datorvm. C.

PEr hanc cōdictionem repetuntur cauſa data, id eſt ſub cauſa, ſi ea cauſa ſecuta nō ſit. Cauſa do, quod do, vt Lutetiam eas, cauſa non ſequitur, ſi non lutetiā eas.

Quod datur ob cauſam, ſine cauſa re-

Digitized by Google

neri non poteſt, & re integra condictio datur: ſi verò cauſa non ſequatur, vel alia quæ omiſſa eſt, quaſi cauſa non ſecuta condictio locum habet.

Si ſine culpa accipientis, vt puta fortuito caſu, cauſa non ſit ſecuta, quod datum eſt non repetitur. ita ſi non ſteterit per eũ qui accepit, ſciendum eſt tamen cauſam in mente retentam nihil operari. Cauſa hîc nihil aliud eſt quam factum, vt notat Gothofredus.

V

DE CONDICTIONE OB TVRPEM, VEL INIVSTAM CAVSAM D. ET DE CONDICTIONE OB TVRPEM CAVSAM. C.

QVod datur ob turpem cauſam, id eſt bonis moribus contrariam condici non poteſt.

Hæc condictio competit, ſi accipientis ſit turpitudo, vt do ne hominem occidas, vel ne iudicem corrumpas.

Non habet verò locum condictio, ſi ſolius dantis turpis cauſa fuerit, vt ſi ſcorto mercedulam dederit.

Digitized by Google

Item non habet locum ſi vtriuſque dantis, & accipientis turpitudo verſetur. Exẽpli gratia, vt lenocinium fiat. quod de turpi dicitur, idem de iniuſta cauſa intelligendum eſt, in pari cauſa melior eſt cauſa poſſidentis.

VI. DE CONDICTIONE INDEBITI. D. ET C.

CONdictio indebiti non datur, niſi ei qui per errorem ſoluit. Indebitum eſt, quod nullo iure debetur, quod natura debetur, ſi ſoluatur repeti non poteſt, quamuis iure Ciuili non debeatur, vt ſi libertus ſoluat quod promiſit cùm eſſet ſeruus, vel maior factus, quod pollicitus eſt cùm eſſet minor.

Sic nec ſi ſoluatur ex cauſa iudicati condici non poteſt. Qui ignorans ſoluit, repetere poteſt, ſecus ſi ſciens ſe nihil debere ſoluat. nam dare videtur qui ſoluit ea quæ per inficiationem creſcunt, repetere non poteſt. qui dubitat, an debeat pro ignorante habetur.

Ignorantia etiam facti condictionem parit, non autem ignorantia iuris.

Digitized by Google

VII.

DE CONDICTIONE SINE CAVSA. D. & C.

QVi ſine cauſa promiſit certam quantitatem, quam non ſoluit, obligationem condicere poteſt, vel ſi fullo amiſſis veſtimentis à domino ex locato cõuentus prætium ſoluerit. Nam nec indebitum per errorem dedit, nec ſub cauſa, nec ex iuſta cauſa.

Nam nec indebitum per errorẽ dedit, nec ſub cauſa, nec ex iuſta cauſa, & veſtimentis à domino repertis, fulloni ſola ſupereſt condictio ſine cauſa, quòd iam nulla videatur cauſa dandi fuiſſe. datum pro libertate ſeu pro conditione implendæ relictæ ſibi libertatis ab eo qui reperitur ingenus, repetitur.

LIBER XIII. TIT. I.

DE CONDICTIONE FVRTIVA. D. ET C.

COndictio furtiua eſt actio perſonalis, & ciuilis, qua dominus petità fure, vel ab eius hærede, vel poſſeſſore rem furto

Digitized by Google

ſublatam.

Domino non datur condictio niſi ex cauſa furtiua, quod odio furum introductum eſt, & pertinet ad pœnam. Ideo ineſt vindicta. cõdictione furtiua rem noſtram petimus, & ex delicto datur. & pignore ſubrepto à debitore, ſi egerit creditor furti, vel condictione furtiua, depenſam pœnam debitam non imputat, neque reſtituit debitori. Ita nec quod ex cauſa condictionis furtiuæ ab eo conſecutus fuerit, & integra debiti petitio eſt.

Si plures eandem rem furto ſubſtraxerint, ſinguli tenentur inſolidum: cõdictionis verò nummorum furtim ſubtractorum electionem eſſe, ac tum demum, ſi ab vno ſatisfactũ fuerit cæteros liberari certum eſt, quod ſecus eſt in actione furti; quia condictione furtiua petimus rem à quocumque poſſideatur. Actio furti non competit niſi aduerſus furem. deciſione furti. quidem actio nõ condictio tollitur, ante oblationem interemptæ rei furtiuæ, damnum pertinet ad furem.

Ergò condictio furtiua eſt actio ſingularis, per quam is cui furtum factum eſt ipſam rem, vel eius æſtimationem ſibi dari intendit.

Digitized by Google

II. De condictione ex lege. D. & C.

Condictio ex lege competit, ſi lex quæ obligationem introduxit non edideꝛit aliud genus actionis, vt condictio ex lege Iulia, condictio ex lege Cincia, l. 12. D. de donationibus, l. ſi verò D. ſoluto Mat. vt ait hîc Cuiacius.

III. De condictione triticaria D.

PEr condictionem triticariam petuntur omnes res certæ vel incertæ, præter pecuniam numeratam.

Triticaria arbitraria eſt, quia æſtimat in ea iudex rem arbitrio ſuo quæ petitur habita ratione loci, & temporis.

Nomen à tritico habet, ſed inditum eſt nomen tale caſu quodam, vt Stephanus Græcus interpres ait, quia in antiqua formula huiuſce condictionis, quoties ſcilicet ſua cuique actioni conſtituta erat formula, tritici fiebat mẽtio, propterea quod qui hanc actionem ſibi dari prius poſtulauerat, fortè ei res erat de æſtimando tri-

Digitized by Google

tico, vt ait Cuiacius; vel qui cum imperio in prouincias mittebantur certum tritici numerum ciuitatibus imperabãt, aut pro tritico pecuniam. Frumentum illud æſtimatum dicebatur ex Verrinis conſuetudine, factum eſt vt actio, quæ non ſolum rem, ſed æſtimationem peteret condictio triticaria diceretur, inquit Hotomanus.

IIII. DE EO QVOD CERTO LOCO DARI OPORTET. D.

HAc condictione petitur quod certo loco dari debuit, & alio loco poſtulari poteſt, facta cõmemoratione eius loci quo dari debuit. In hanc actionẽ cadit pecunia numerata, quæ non cadit in triticariam.

Æſtimatur quanti interſit, eo die, vel loco dari; hæc actio arbitraria eſt.

V. DE CONSTITVTA PECVNIA. D. ET C.

COnſtitutum eſt conuentio qua quis reſpondet citra ſtipulationem ſoluturum ſe, quod ipſe, vel alius debet, quo

Digitized by Google

quo genere non nouari priorem obligationem conſtat. Cicero, Cat. ſciam pactũ, & conſtitutam eſſe cum Manlio diem.

Conſtituta pecunia, id eſt pecunia debita à ſe, vel ab alio quam certo die vt ſoluatur curaturum ſe quis recipit citra ſtipulationem, idque genus conuentionis, olim receptum dicebatur apud mẽſarios, & actio quæ ex ea re competebat, actio receptitia, hodie conſtitutum appellatur hoc modo; Quæ Lucius Titius mutua accepit, ea penes me habes, nam vt Labeo dicebat, propter has potiſſimum pecunias quæ nondum peti poſſunt, puta moram iniiciente die, vel loco conſtituta inducta ſunt, l.3.§.vlt.l.4.§. vlt. hoc titulo. Conſtitutum à fideiuſſione differt, quod quis, & pro ſe, & nudo pacto, & abſens, & aliud pro alio conſtituere poſſit, fideiuſſio iſta non admittat.

VI.

COMMODATI VEL CONTRA D. ET DE COMMODATO C.

COmmodatum quaſi cum modo datum. modus autem dandi præſcriptã habet formam.

Digitized by Google

Commodatum eſt conuentio qua res gratis vtenda datur, ad tempus, finem & modum certum, vt eadem lege, eadem ipſa reddatur.

Commodare generaliter, eſt commodis alterius ſeruire. l.11. D. hoc tit.

Verbum Gratis ſeparat à locatione, verba Ad tempus, à precario, verba Ea lege, à mutuo.

Directa commodati actio eſt, quæ datur ei qui commodauit rei ſuæ recipiendæ cauſa.

Contraria eſt quæ datur ei qui commodatum accepit varijs ex cauſis, directæ, ſiue rectæ, inde nomen quod principalis ſit domino competit, aut poſſeſſori contrariæ, quod quaſi ex oppoſito reſpiciat directã.

VII. De pignoratitia actione, vel contra. D. C.

Pignus eſt conuentio qua quid ſupponitur, vel deponitur, propter alterius obligationis fidem, & adimplendæ rei debitæ vinculum: Labeo ait eſſe rei mobilis, non etiam ſoli. Cicero. 4. ad Herennium, ait cuidam ædes maximas ad nuptias ac-

Digitized by Google

commodaſſe ſcribunt Aulus Gellius lib.7. cap.15. & Valer. Max. lib.5. cap.2. Furti aliquando eum damnatum, qui equo commodato ad eundem certum vſque locum paulò longiùs vſus fuiſſet.

Directa actio competit domino, qui petit ſibi pignus ſoluta pecunia, contractum pignus eſt hypotheca impropriè: pignus traditur, hypotheca conſtituitur.

Contraria verò actio datur creditori, qui neceſſarias impenſas fecit in rem pigneratam, vel ſi debitor rem alienam dederit pignori.

LIBER XIIII. TIT. I.

De exercitoria actione. D. et C.

Exercitoria actione inſolidum tenetur exercitor nauis ex contractu magiſtri, quem naui impoſuit. Exercitor eſt nauclerus, qui nauem exercet, vel exercitor eſt dominus vel poſſeſſor nauis, qui eam per magiſtrum naui præpoſitum exercet, & percipit omnes reditus, & obuentiones, & lucra eius. actio nomen habet ab eo qui præpoſuit. Inſtitoria ab eo qui

Digitized by Google

præpoſitus eſt: Ratio diuerſitatis eſſe poteſt, quia magiſterianæ action is nomen inelegans videbatur. Cuiacius.

II. De institoria actione. D. et C.

IN hoc titulo agitur de his qui præpoſiti ſunt negotijs, qui & inſtitores appellantur.

Inſtitor appellatus eſt, ex eo quod negotio gerendo inſtet, vel vt ait Cuiacius, Inſtitor eſt, qui alieno nomine inſtat. Inſtitoria ergo ab eo qui præpoſitus eſt tabernæ ſcilicet, aut menſæ, aut cuilibet negotiationi, ex cuius contractu habito eius rei gratia cui præpoſitus eſt, perinde obligatur inſolidum is qui præpoſuit, atque exercitor nauis ex contractu magiſtri.

III. Ad legem Rhodiam de iactv D.

LEge Rhodia cauetur, vti iactus mercium gratia leuandæ, id eſt, exonerandæ, alleuiandæ nauis factus eſt, omnium contributione ſarciatur. Sed ſi nauis deterior facta ſit, non fit contributio, aut collatio, damnum enim pertinet ad domi-

num nauis. Ita etſi nauis à piratis redempta ſit, eius eſt iactura, cuius eſt nauis.

Hæc autem lex vocatur Rhodia, quia illam, & Nauticas leges Rhodi condiderunt, quorum diſciplinam naualem, & vt Strabo loquitur, admirabilem omnes populi, libẽter etiam Romanus ſequebatur.

Ex Vlpiani autem ſcriptis, nullus profertur locus, tãtum vna lex ex Voluſij Metiani lib. de lege Rhodia, vnde intelligitur Romanos Impp. in maritimis controuerſijs legem illam Rhodiam ſeruaſſe. Præclara enim, vt in Maniliana Cicero teſtatur Rhodiorum diſciplina naualis, & gloria fuit. Tertullianus aduerſus Marcionem. 5. ſcilicet nauclero illi, non quidem Rhodia lex, ſed Pontica cauerat errare Iudæos.

IIII. De tributoria actione D.

HÆc actio vocatur tributoria, quia dominus ſimul cum alijs debitoribus in tributum vocatur poſtulantibus creditoribus mercis, id eſt dominus, cui etiam ſeruus, vel liber, aut qui bona fide ſeruit, debet aliquid; diſtribuit mercem inter ſe & creditores pro rata portione. Hoc edi-

Digitized by Google

ѐto diſtributio permittitur domino, & vt arbiter committitur mercib. diſtribuendis, ſi dolo malo verſatus ſit, ſibi plus deducens, hac actione tenetur.

Mercium autem fit mentio, ne omnis negotiatio tributoriam inducat.

V.

QVOD CVM EO QVI IN ALIENA POTESTATE EST, NEGOTIVM GESTVM ESSE DICETVR. D. ET C.

FIliusfamilias in poteſtate conſtitutus recte contrahit, & obligatur ſuo nomine. Ideo obligatus manet poſt emancipationem. hoc edicto ergo filiusfamilias factus ſui iuris emancipatione, vel dignitate, vel morte patris, vel conſimilibus modis tenetur ex primis contractibus. In quantum facere poteſt, id eſt deducto ne egeat.

VI.

DE SENATVSCONSVLTO MACEDONIANO. D. ET AD SENATVSCONSVLTVM MACEDONIANVM. C.

HOc Senatusconſultum introductum eſt odio Macedonis fœneratoris, qui

filijs familias credere pecuniam tacito pignore ſolebat,& ita materiam illis peccãdi, & occidendi parentes dabat. vnde illud M. Tullij in orat. pro Sext. Roſcio, parricidij accuſato, luxuriæ videlicet hominẽ, & æris alieni magnitudo , & indomitæ animi cupiditates ad hoc ſcelus impulerũt, qui filiofamilias pecuniam mutuam credidit poſt mortem patris, ex eo quod ei credidit agere non poteſt. Paulus 2. ſent. 10. ideo filijsfamilias, & parentibus cõpetit exceptio ex hoc Senatusconſulto, fallit tamen multis in caſibus qui enumerantur in his titulis, ex hoc Senatusconſulto, cuique nomen non à Conſule , vt cæteris Senatuſconſultis, ſed vt legi Scantiniæ, & S. C. Papyriano ab eo , in cuius odiũ lex facta eſt, vel qui legi cauſã dedit.

Hoc Senatuſcõſultum latum fuiſſe ſub Claudio IIII. & Vitellio III. Conſſ. anno Vrbis 799. tradit Petrus Faber 1. Semeſt. in vltimo, factum id fuiſſe auctore Veſpaſiano Suetonius ſcribit, Tacitus, authore D. Claudio. Suetonius ait Veſpaſianum authorem Senatui fuiſſe decernendi, ne filiofamilias fœneratoribus exigendi crediti, ius vnquam eſſet. Seneca.

Quaſdam pecunias de quibus ius creditori non dicitur, deberi, ſed non exigi, vt pecuniæ creditæ filiisfamilias. Vlpianus in l. 3. eodem.

LIBER XV. TIT. I.

DE PECVLIO D. ET C.

PEculium eſt puſillum, & naturale patrimonium filiofamilias vel ſeruo à patre, vel domino ſeorſim à ſuis rationibus cõſtitutum, deducto inde ſi quid patri, vel domino debetur. veteribus quibus omnes in pecoribus facultates erant, peculium puſillum, pecus fuit, cuius in ſuis paſcuis paſcendi poteſtatem domini ſeruis permittebant. Varro lib. II. de re ruſtica, Tu non ſolum adimis domino pecus, ſed etiam ſeruis peculium, quibus domini dant, vt paſcant.

Ex contractu ſerui filiusfamilias de peculio conueniri poteſt quatenus in peculio eſt, vt eatenus ſatisfaciat cæteris.

Digitized by Google

II.

QVANDO DE PECVLIO ANNALIS EST ACTIO. D.

PErpetua eſt actio de peculio,& competit quandiu peculium manet: annalis verò eſt extincto peculio, annus verò numeratur, ex quo agi potuit. Finitur verò ſi fiat liber,ſi moriatur, vel alienetur.

Extinguitur etiam ademptione,& nuda voluntate.

III. DE IN REM VERSO D.

ACtio competit de in rem verſo, cùm id quod filiusfamilias,vel ſeruus geſſit, redactum eſt in patrimonium patris, vel domini,hoc eſt in vtilitatem, ſi verò in turpes ſumptus,aut fomenta luxuriæ verterit, dominus non tenetur.

Hæc actio datur in quantum verſum eſt in rem domini, & perpetua eſt, nec videtur fruſtra de in rem verſo actio promiſſa, quaſi ſufficeret de peculio. Rectiſſimè enim Labeo dicit fieri poſſe vt & in rem verſum ſit,& ceſſet de peculio actio, ideo Cuiacius ait 8.ad Africanum ad l. 17. §. vltimo,infra eodem.vnam eſſe actionem de

peculio, & de in rem verſo. De peculio principalem intentionem eſſe, de in rem verſo adiectionem, quæ tamen neceſſaria eſt, & tranſit in proprium nomen actionis, cùm poſt mortem ſerui, actio de peculio finiatur anno.

IV. QVOD IVSSV. D.

DAtur hæc actio cum iuſſu, vel mandato domini contrahit ſeruus, vel filius, & tenentur in ſolidum.

Cæterum actiones honorariæ tributoriæ, de peculio:

De in rem verſo, non competunt inſolidum, nec ex earum cauſa condici poteſt. vt eleganter animaduertit Cuiacius in hunc titulum.

LIBER XVI. TIT. I.

AD SENATVSCONSVLTVM VELLEIANVM. D. ET C.

HOc Senatuscõſultum Velleianum à Velleio tutore Conſule appellatum eſt, quo interceſſiones, & fideiuſſiones

mulierum infirmantur l. 2. hoc titulo D.
Ex hoc Senatuſconſulto deceptis nõ decipientibus ſubuenitur, nec iuuatur mulier Velleiano in ſcenis ſpondendo, nec ſi pro dote, aut pro libertate fideiubeat, decipiat, prætium accipiat pro interceſſione, fideiubeat bis, renunciet Velleiano, aut ſi ſuccedat illi, pro quo fideiuſſit. Paulus 2. ſentent. Harmenop. 13.

II. DE COMPENSATIONIBVS. D. ET C.

COmpenſatio eſt debiti, & crediti inter ſe id eſt, ex vtraque parte contributio, vel compenſatio eſt computatio vice mutua debitæ quantitatis, poteſt enim vnuſquiſque creditorem ſuum, eundemque debitorem petentem repellere, ſi paratus ſit compenſare; multis tamen in caſibus ceſſat compẽſatio, verbi gratia debitor Reip. non compenſat, nec qui alienam poſſeſſionem perperam occupat, qui depoſitum cuſtodit, qui debet aliquid ex cauſa iudicati, ſi cauſa non ſit liquida compenſatio obijci non poteſt; habet tamen locum compenſatio in delictis.

Digitized by Google

III. DEPOSITI VEL CONTRA. D. ET C.

DEpoſitum eſt,inquit Vlpianus,quod cuſtodiendum datum eſt,dictum ex eo quod ponitur.Præpoſitio enim de,auget poſitum , vt oſtendat totum fidei eius eſſe commiſſum , quod ad cuſtodiam rei pertinet,de Præpoſitio auget ſignificationem verbi,vt ſit idem quod, valde,Feſtus in decultarunt , valde occultarunt. idem in dedita , defrui, depereo.Nonius, in deamare & demagis,vel depoſitũ eſt , vt inquit Cuiacius, conuentio gratis cuſtodiẽdæ rei , quę traditur ſub fide reſtituendi. gratis dixit,quia,ſi merces interueniret,eſſet locatio.

Depoſitum committitur fidei depoſitarij, eo fit, vt magis obligetur fides eius. Fides habita(inquit Liuius)ipſam magis obligat fidem. nam depoſita fiunt ſæpe remotis arbitris. Ideò depoſitum ſacrum dicitur, quo fit, vt depoſitum repoſcenti nõ poſſit obiici compenſatio.

Actio directa competit ei, qui tradidit, contraria quæ ei datur qui cuſtodiam recepit, de recipiendis impenſis; tenetur tamen præſtare dolum, & culpam.

Si verò ſine dolo, & culpa illius, qui recepit, pereat depoſitum, domino perit.

Qui depoſitum recepit, ſi neget, in duplum tenetur, & depoſiti damnatus eſt infamis. hinc Iuuenalis Satyra. 13.

Spartano cuidam reſpondit Pythia vates:
Haud impunitum quondam fore quod dubitaret
Depoſitum retinere, & fraudem inde tueri
Iurando: quærebat enim quæ numinis eſſet
Mens, & an hoc illi facinus ſuaderet Apollo.
Reddidit ergo metu, non moribus, & tamẽ omnẽ
Vocem adyti dignam templo, veráque probauit,
Extinctus tota pariter cum prole, domoque.
Et quamuis longa deductus gente propinquis,
Has patitur pœnas peccandi ſola voluntas.

Nouella 88. ex 12. tabulis. in duplum, quod ex reliquis ſententijs Pauli didici hodie Iure Prætorio eſt in ſimplum, vno tantum caſu in duplum, vt ſi propter imminens periculum depoſitum fiat.

Digitized by Google

LIBER XVII. TIT. I.

Mandati, vel contra. D. et C.

MAndatum eſt conuentio, qua roganti fides datur procurandi aliquid ſine mercede. gratuitum enim debet eſſe mandatum. per nuncium, vel per epiſtolam mandatum ſuſcipi poteſt.

Qui ſuſcipit mandatum, ſi negligat, tenetur. nam quod quis faciendum ſuſcipit, bona fide præſtet. fines mandati diligenter cuſtodiendi ſunt. nam qui exceſſit, tenetur; aliena enim negotia, exacto officio geruntur, ſuæ verò rei quiſque moderator atque arbiter eſt.

Quod ex nimia licentia egrediendi officium mandati, ſæpe contingere in arte amatoria Ouidius notauit ſub nomine amicitiæ.

Tuta frequenſque via eſt, per amici fallere nomen,
Tuta, frequenſue licet ſit via, crimen habet.
Inde procurator nimium quoque multa procurat
Et ſibi mandatis, plura videnda putat.

Digitized by Google

Directa actio domino negotij datur, contraria procuratori, & rectè Virgilius, *Idem orans mandata dabat.* nam mando verbum eſt præcarium. Mandamus libero homini, Imperamus villico, aut ſeruo, Cicero. 1. de Orat. ſi mandandum aliquid procuratori, de Agricultura, vel imperandum villico ſit. Notandum eſt tamen fideiuſſorem ante ſolutionem non poſſe agere mandati, niſi debitor dilapidet bona, ſi tua gratia tibi mandem ob id nulla obligatio naſcitur. mandatarius omnem culpam præſtat. mandatum finitur voluntate, re integra, & morte.

Si dominus poſt litis conteſtationem deceſſerit, mandatum non finitur, l. nulla. C. de procuratoribus. vſque adeo vt alium ipſe procuratorem facere poſſit. Memini hanc Iuliani conſtitutionem ab Symmacho laudari lib. 1. epiſtol: his verbis: *Succeſſit aliud, vt obitu Marcianæ clariſſimæ fœminæ mandatum diceretur extinctũ, ſed contra venerabilis Iuliani ſanctio ſtare procuratorum iuſſit officia, cauſarum dominis viuentibus inchoata.*

Digitized by Google

II. Pro socio. D. et C.

SOcietas eſt contractus, qui ex conſenſu duorum, pluriumue communionem inducit inter eos honeſta, & iuſta ex cauſa, hæc vltima verba adduntur, vt excludatur ſocietas flagitioſæ rei. Societas omnium bonorum, ſiue alicuius negotiationis iniri poteſt. Quint. decla. 320. Sacra res eſt vnitas, & quædam fraternitas animorum.

Societas in perpetuum, & ad tempus, & ſub conditione contrahi poteſt. Soluitur ſocietas renunciatione, morte, capitis diminutione, & aduerſá fortuna, vt puta ceſſione bonorum.

Leonina ſocietas prohibetur, vt vnus lucrum, alter damnum ſentiat. tamen ſocietas contrahi poteſt, vt vnus pecuniam, alter operam conferat.

Leonina ſocietas appellatur ex Æſopi Apolo. nam cū leo, aſinus, & vulpes præde ſocietatem inijſſent, atque Aſinus qui Leonis iuſſu diuidebat, æquales omnium partes feciſſet, confeſtim à Leone dilaniat⁹ eſt: Poſtea cùm vulpes diuidere iuſſa eſſet, multo maximā partē ei attribuit, ſibi perexiguā reliquit, interrogata quis eam

diuidere docuiſſet,reſpõdit exitium Aſini.

Cicero pro Sexto Roſcio, Socium fallere, turpiſſimum eſſe dicit, etiam in rebus minoribus,eo quod quis lædatur,per eum cuius fidei ſe commiſit, nec ſatis hunc puniri poſſe.& alibi: Si qua ſint inquit priuata iudicia ſummę exiſtimationis, & pene dicam capitis, tria hæc ſunt, fiduciæ, tutelæ, ſocietatis, & Iuſtinianus actione pro ſocio damnatum infamia affici tradit.

LIBER XVIII. TIT. I.

DE CONTRAHENDA EMPTIONE, ET DE PACTIS INTER EMPTOREM ET VENDITOREM COMPOSITIS, ET QVÆ RES VÆNIRE NON POSSVNT. D.& C.

EMptio eſt conuentio nuda qua id agitur, vt rei tradendæ dominium in accipientem tranſeat, dato certo prætio. Feſtus. Venditiones olim dicebantur cenſorum locationes.

Vt

Vt emptio perficiatur, tria interuenire debent, res, conſenſus, prætium, aut fides habita de pretio. & tunc non petitur quod venditum eſt, ſed pretium non ſolutum.

Item enumerantur in hoc titulo ea quæ vendi non poſſunt, quarum commerciũ non eſt, veluti venena mala, ſeruus qui eſt in fuga, ea quæ ædibus iuncta ſunt, ædes ſacræ, res litigioſæ, & quæ in vſu publico ſunt, & multa alia.

Imaginariam, aut ſimulatam venditionem non valere ait Iuriſconſul. neque rei ſuæ emptionem, inuitum, neque emere, neque vendere, niſi pignoris cauſa. Si de rei qualitate, & quantitate non conſtet, aut ſi erretur in corpore, imperfectus eſt contractus. In obſcuris, vel ambignis id accipi oportere quod vẽditori diſplicet. Labeoni placet. ab emptione dolus, & culpa abeſſe debent.

II. DE IN DIEM ADDICTIONE D.

IN diem addictio ita fit: ille fundus centum eſto tibi emptus, niſi quis intra calendas Ianuarias proximas meliorem cõ-

ditionem fecerit quo res à domino abeat. quicquid enim ad vtilitatem venditoris pertinet, pro meliore conditione haberi debet.

Addictio ergo in diem, eſt collatio rei venditæ penes emptorem, cum pacto, vt niſi alius intra diem certam meliorē conditionem quæ venditori placeat, adtulerit, res penes illum maneat, Plautus in Captiuis.

Ageſis roga emptum, niſi quis meliorē adferat,
Quæ tibi atque amicis, placeat conditio magis,
Quaſi fundū vendam, meis me addicā legibus.

Tertullianus in Apolog. ſub eadem annotatione quæſtoris diuinitas addicta conditur.

Melior condicio æſtimatur habita ratione loci, temporis, prætij, vel perſonæ.

Quidam perperam hîc legunt de in diē adiectione, addictus enim morti, deſtinatus dicitur, vt ait Cicero 3. officio.

III DE LEGE COMMISSORIA. D.

LEx commiſſoria eſt ſpeciale pactum in quo id agitur, vt ſi in diem ſtatutum emptor prætium non ſoluerit, & vendi-

Digitized by Google

tor rem vænisſe nolit, res inempta ſit, & cadat in commisſum inquit Brantius, id eſt redeat ad primam naturam, vel vt ait Duarenus in hunc titulum commisſoria, quia dicitur committi hæc lex, cùm ex ea pactione agitur, cum reſoluitur contract⁹.

Vel commisſoria lex dicitur, vt ait Cuiacius, hîc, quia qui in eam committit in totam venditionem committit, & pro infecta habetur.

Sed neutra arridet, eleganter Papinianus lib. 3. reſponſorum, ſcribit ſtatim atque cõmisſa lex eſt ſtatuere venditorem debere. vtrum commisſoriam velit exercere, an potius pretium petere, nec posſe ſi commisſoriam elegit, poſtea variare. ergo commisſoria lex dicitur eo quod dicta lex locum habeat. lex committitur, vt ſtipulatio committitur, cum aduerſus ſtipulationẽ aliquid factum eſt, inquit Gothofredus in hunc titulum. ſed Papiniano hærendum eſt, fallitur Gothofredus, vir alioqui doctus. Nam committi ſtipulationem intelligimus, cum id quod per eam promisſum eſt, debetur. L. 63. §. ſi quis. D. de verborum obligat. ſi quis ita ſtipuletur, ſi nauis ex Aſia venerit, ſiue Titius Conſul factus fue-

rit vtra prius conditio extitiſſet, ſtipulatio committeretur,& amplius committi non poteſt, ſed enim cum ex duabus diſiunctiuis conditionibus altera defecerit, neceſſe eſt, vt ea quæ extiterit ſtipulationem committat. Committere etiam edictum dicitur, qui ei locũ facit.l.3.§.ſi quis D. de bono. poſſ. Contrata.L.in cauſæ.D. de procurat Mora quoque committitur, quando contrahitur. pœna etiam committitur, quando ex ſtipulatione, vel promiſſione cœpit habere locum. l vltima. D.de nautico fœnore. l.3. D. de verbo.obligat. ergo lex commiſſa,eſt iuxta Papinianum, quando ex lege agi poteſt, veluti ſi prætium non ſit ſolutum lex enim vt ait Duarenus, eſt conuentio quæ contractui adiicitur. Si ergo prætium non ſit ſolutum, non committitur in vniuerſam venditionem, quia venditio ſub hac conditione facta fuerat, l. 4. hoc titu. ſi fundus lege cõmiſſoria vænierit, hoc eſt, vt niſi intra certum diem prætium ſit exolutum, inemptus fieret, ergo lex commiſſoria eſt lex dicta. hinc l.5. eodem titut. Lege fundo vendito dicta, vt ſi intra certum tempus prætium ſolutum non ſit, res inempta

ſit. Igitur commiſſoria, quia dicitur committi hæc lex, cùm ex ea pactione agitur. Iudicet æquus lector, non Zoïlus, quænam ex ijs opinionibus magis conueniat Papiniano.

—— cœnæ nam fercula noſtræ
Conuiuis malim quam placuiſſe cocis.

IIII. DE HEREDITATE, VEL ACTIONE VENDITA. D. ET C.

RES corporales emi, & vendi poſſunt, & etiam incorporales, vt hæreditas, & actio.

Vendita hęreditate non tenetur venditor de euictione; ſed neque vendito nomine, quia ſi nihil exigi poſſit, venditor non tenetur, nec debet præſtare locupletem debitorem.

Si dolus emptoris dederit cauſam contractui, non valet emptio. Præterea ſpes, & alea vendi non poſſunt. Satis eſt ſi venditor præſtet hæreditatem eſſe, vel actionem eſſe qualem, qualem.

V. DE RESCINDENDA VENDITIONE, ET QVANDO LICEAT AB EMPTIONE DISCEDERE. D. ET DE RESCINDENDA VENDITIONE. C.

Digitized by Google

AGitur in hoc titulo de modis, quibus reſcinditur venditio, reſcinditur inprimis ſentētia iudicis, lege commiſſoria, & contrario diſſenſu, poteſt etiam reſcindi, ſi venditor læſus ſit vltra dimidiam iuſti prætij æſtimationem, optio datur emptori, vel redhibendæ rei, vel ſupplendi iuſti pretij.

VI. DE PERICVLO, ET COMMODO REI VENDITÆ, D. ET C.

PEriculum vocatur ſi res pereat, deterior fiat, vel ſi euincatur. Poſt perfectam venditionem omne periculum rei, & commodum ad emptorem ſpectat, excepto periculo euictionis.

Varro huius edicti formulam ſic reſtituit, futuram huic titulo vice ſummæ, ante perfectam emptionem venditoris, poſt emptionem emptoris, (niſi aliud conuenit) periculum, commodumque erit. ante perfectam verò venditionem pertinet ad venditorem, poſt moram ad venditorem, ante moram ad emptorem.

VII.

DE SERVIS EXPORTANDIS, VEL SI ITA MANCIPIVM VÆNIERIT VT MANVMITTATVR, VEL CONTRA. D.

IN hoc titulo recenſentur quædam pacta quæ in ſeruorum venditionibus fieri ſolent.

Primum eſt vt ſeruus exportetur, id eſt, ne in ea vrbe moretur in qua venditus eſt. Si hoc pactum non ſeruetur, ſeruus fiſco defertur, vel venditor manus iniicere poteſt.

Alterum eſt, ne manumittatur, vel vt manumittatur.

LIBER XVIIII. TIT. I.

DE ACTIONIBVS EMPTI ET VENDITI. D. ET C.

EX contractu emptionis, & venditionis contrahentes inuicem obligantur de eo quod alterum alteri ex æquo & bono præſtare oportet.

Actio empti datur emptori, & eſt bonæ fidei, ęquum enim eſt præſtari quod actum eſt: ſi nihil conuentum ſit, ea fieri debent quæ natura contractui inſunt.

Actio venditi competit venditori, cui prætium non eſt ſolutum, æquum enim eſt emptorem pręſtare vſuras prætij non ſoluti, cum percipiat fructus rei venditæ, ſi res vendita non tradatur in id quod intereſt agitur, id quod intereſt, nihil aliud eſt quàm vtilitas, quæ mihi abeſt, quamque adipiſci potui, quę vel iureiurando actoris vel officio iudicis æſtimatur. Antiqui tamen his actionibus empti, & venditi, & eorum vocabulis promiſcuè vtuntur.

II. LOCATI, ET CONDVCTI. D. VEL DE CONDVCTO, ET LOCATO. C.

EST locatio, conductio, & conuentio nuda fruendi, faciendiue aliquid certa mercede. Locator eſt qui dat aliquid fruendum vel faciendum, conductor qui accipit. Cuiacius 2. obſeruationum 28. locatori datur actio locati, ſi res locata deterior facta ſit, aut ſi merces non ſit ſoluta, vel ſi propriis vſibus rem locatam neceſſariam probet.

Inuecta, & illata ſunt tacitè obligata pro penſione, propter ſterilitatem fit remiſſio mercedis, niſi cum vbertate ſequentis anni cōpēſetur. Hæres conductoris conductionem defuncti ſeruare tenetur, conductori datur actio conducti, ſi re quam conduxit frui non liceat. Si res locata vænierit, emptor poteſt expellere conductorē.

III. De æstimatoria actione. D.

IN hoc tractatu id agitur, vt rem vendā, & æſtimationem quam iudicaſti ſoluam, aut ſi non poſſim vendere, vt eandem ipſam reſtituam: Sed ſi nec poſſim vendere, nec reſtituere, nempe mihi retinere, & æſtimationem ſoluere poſſim.

Æſtimatoria autem dicitur actio, quia de re quæ ęſtimata vendenda data eſt proponitur.

Æſtimatio periculum facit eius qui ſuſcipit. nam rem incorruptam reddere debet, aut æſtimationem ſoluere. Hotomanus 5. Obſeruat. 16. putat hanc vocem æſtimatoriam ex gloſſis irrepſiſſe.

Digitized by Google

IIII. De rervm permvtatione D. et C.

PErmutatio eſt contractus quo res datur, vt alia res accipiatur, vel eſt rerum dominij mutatio inuicem facta, & fit quãdo ſpecies certa datur pro ſpecie, puta Stichus pro Pamphilo, ideò vocabulum rerum addidit. nam permutationis nomen ad omnes contractus extenditur, in quibus res, merces, operæ, immò & pecunia cum re permutatur. At hîc de rerum inter ſe permutatione agitur, vt ſi ſpecies cum alia ſpecie permutetur, puta, veſtis cum alia veſte. Nam ſi genus cum genere, veſtis cum panno permutabitur, cõtractus erit, innominatus. Gothofredus.

Permutatio, inquit Ariſto, eſt vicina emptioni, id eſt, ſimilis. nam quę habent locũ in emptionibus, ſeruari debent in permutationibus, vt euictio, traditio, & alia.

V. De præscriptis verbis, et in factvm actionibvs. D. & C.

ACtio præſcriptis verbis dicitur, inquit Brancius, quia huic actioni prę-

ſcripta erant verba, ſed malim dici præſcriptis verbis, quia agitur ex cõceptis verbis, & cõuentione contrahentium. Cum autẽ deficiũt vulgaria, & vſitata actionũ nomina, præſcriptis verbis agendum eſt. Natura enim rerum cõditũ eſt vt plura ſint negotia, quàm vocabula. Inuenta eſt actio præſcriptis verbis quæ & incerti, ciuilis: incerti, quia id quod intereſt, perſequitur, cuius æſtimatio incerta & arbitraria eſt. Hothomanus ait ſibi videri, non præſcriptis verbis, ſed perſcriptis verbis legendũ; id eo ꝙ veteres peruulgatæ, ſolennes vſitatæ, ac legitimæ actiones notis, & ſyllabis tantũ deſignarentur, vt conſtat ex Pauli Diaconi & Valerij Probi libellis.

In factum autem actio cõpetit, cùm negotium, quod geſtum eſt, rei geſtæ nouatione declaratur citra ſolemnitatem formulæ, verbi gratia. Si prætij explorandi cauſa rem aliquam tibi tradam.

LIBER XX. TIT. I.

DE PIGNORIBVS ET HYPOTHECIS D. ET C.

LIcet pignus in mobilibus contrahatur, hypotheca verò in immobilibus, tamẽ promiſcuè vſurpãtur. Goth. ſępen. differũt

Pignus eſt cōtractus, quo res aliqua traditur creditori, propter crediti reſtituendi fidem.

Hypotheca eſt pactio nuda, qua iure honorario à debitore obligatur aliquid in crediti vicem.

Pignus ergo re contrahitur, hypotheca pacto nudo. quædam pacta enumerantur in hoc titulo, quæ ſeruanda ſunt, vt verbi gratia, creditor fructus pignorum percipiat vſurarum loco.

Vt creditor pignus vendat ceſſante debitore, vel pignus habeat iure emptoris pecunia non ſoluta.

II. In qvibvs cavsis pignvs, vel hypotheca tacite contrahitvr D. & C.

ALia eſt hypotheca manifeſta, & expreſſa, alia tacita. Tacita contrahitur ſilentio, & iuſta præſumptione, vt ſi pecunia credatur ob reſtitutionem, vel refectionem ædificij, ædificium tacitè obligatum eſt.

In conductionibus prædiorum inuecta, & illata tacitè obligata ſunt.

In pignore etiam vſuræ, & fructus ex

tacito pacto debentur, quoties ager traditur pignori, & nihil dicitur de fructibus vel vſuris, tacitè videtur conuenta antichreſis. Cuiacius 8. Obſeruat. 17. Fiſcus etiam habet tacitam hypothecam ob tributa non ſoluta.

III. QVÆ RES PIGNORI, VEL HYPOTHECÆ DATAE OBLIGARI NON POSSVNT D. ET C.

Recenſentur quædam res in hoc titulo, quæ pignori datæ obligari nequeunt, vt res quæ non ſunt in commercio hominum, res pupilli ſine tutoris authoritate, res mulieris, res litigioſa, peculium patris, vel domini, & alia.

IIII. QVI POTIORES IN PIGNORE VEL HYPOTHECA HABEANTVR, ET DE IIS QVI IN PRIORVM CREDITORVM LOCVM SVCCEDVNT. D. & C.

IN hoc titulo oſtenditur, qui potiores in pignore, vel hypotheca ſint. in primis ordo temporis ſpectatur; nam potior eſt in pignore qui priùs credidit pecuniã,

ea diſcedatur, aut paciſcatur creditor, ne pecuniam petat, ſi alienationi conſentiat, vel ſi creditor pignus emat à debitore, aut in dotem dari patiatur. In pignus debitoris non ſuccedit qui pro debitore pecuniam ſoluit eius creditori, licèt eum liberet. Itaque vt in pignus ſuccedat nominatim id conuenire oportet.

LIBER XXI. TIT. I.

DE AEDILITIO EDICTO, ET REDHIBITORIA ET QVANTI MINORIS ACTIONE. D. ET DE AEDILITIIS ACTIONIBVS. C.

EX hoc edicto tres competunt actiones redhibitoria, qua venditor rem venditam recipere tenetur, redhibitio habet locum intra ſex menſes, vt ſi emptor rei vitium ignorauerit.

Si opera emptoris, vel eius familiæ deterius quid factum ſit, & etiam fructus reſtituit, acceſſiones tamen percipit emptor. Secunda actio eſt quanti minoris, quæ cõpetit contra vendentem rem vitioſam, & datur intra annum.

Tertia actio eſt in factum, quæ datur cõtra venditorem, quanti intereſt eam rem

emptam non eſſe.

Hoc edicto occurritur fallacijs venden-tium, nec intereſt emptoris, fallatur ignorantia venditoris, an calliditate. Varro lib. 1 de emptione caprarum. Capras inquit, ſanas, ſanus nemo promittit, nunquam enim ſine febri ſunt, & ſimili forma. Caper Grammaticus, Qui cereber dicunt, ſine cerebro viuunt. Adiiciebatur autem in ea formula ſtipulationis, rectè ſanum eſſe. Varro, illos iuuencos ſanos recte, deque pecore ſano eſſe ſpondes, illaſce oues ſanas recte eſſe, vt pecus ouillum, quod recte ſanum eſt ſpondes. Trebatius ait non eſſe morboſum cui os olet. Plautus mercatore; Iam plenus ætatis, animaque fœtida, ſenex, hircoſus. Cicero. 1. de Orat. quis non malit Teucrum paccuuij, quàm manilias venalium vendendorum leges addiſcere.

II. DE EVICTIONIBVS, ET DE STIPVLATIONIBVS DVPLI. D. ET C.

EVictio eſt emptæ rei, vel ex alia iuſta cauſa acceptæ per iudicis ſententiam, abductio, qua ex cauſa regreſſus eſt em-

ptori aduerſus venditorem actione ex empto in duplum prætij vel acceſſionis, vel in ſimplũ, vel in id quod intereſt, hoc tamen locum habet, ſi auctorem laudauerit emptor vt liti ſiſteret, & cauſæ deffenſionem ſuſciperet, emptor hereditatis nõ agit de euictione.

Donator tenetur de euictione, ſi eam promiſit non aliter.

Licèt venditor non promittat euictioné, tenetur: ſi verò res præſcripta ſit, euictio non præſtatur. Horatius: *Prudens emiſti vitioſum, dicta tibi eſt lex.*

III. DE EVICTIONE REI VENDITAE VEL TRADITAE. D. ET C. ALII LEGUNT DE EXCEPTIONE REI VENDITAE, VEL TRADITAE.

QVando non tertius aliquis, ſed venditor ipſe aut eius heres euincere volunt rem venditam, obſtat exceptio rei venditæ, vel traditæ. nam quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, verbi gratia, ſi fundum alienum vendideris, & tuum factum, euincere velis, repelleris, & ſi mater ædes filij

vendat, & filius ei ſuccedat, repelletur exceptione rei venditæ.

LIBER XXII. TIT. I.

DE VSVRIS, ET FRVCTIBVS, ET CAVSIS OMNIBVS, ET MORA. D. ET C.

VSura eſt ad ſortem, ſiue quãtitatem, quæ debetur quacumque ex cauſa acceſſio.

Fructus ſunt fruges, & quæcumque naſcuntur e terra, vite, arbore, & quicquid pecora ferunt.

Cauſa eſt eius rei, quæ petitur qualitas, & vtilitas omnis quæ circa eam eſt.

Mora eſt culpa non reſpondentis ad conuentionem oportunam creditoris, vel debitoris

Si offeratur pecunia debita, nec eam recipere velit debitor, obſignari debet, & inhibentur vſuræ, nec peti poſſunt.

Vſuræ non debentur niſi in ſtipulationem deductæ ſint, ſi maiores & minores vſuræ promittantur, & percipiantur minores, maiores peti non poſſunt.

Antichreſis eſt ſpecies pignoris ita dati,

Digitized by Google

vt donec pecunia ſoluatur, pignore creditor vtatur, fruatur in vicem vſurarum, verbi gratia, vt domum pignori obligatam vſurarũ vice creditor inhabitet. l. ſi ſeruus. C. quod cum eo. quæ conuentio licita eſt, vel vt fũdi pignorati, creditor fructus percipiat id quod intereſt, ꝙ nihil aliud eſt quàm vtilitas, quæ mihi abeſt, quamue adipiſci potui, vel iureiurando actoris æſtimatur, vel officio iudicis. Vſuræ non ſolutæ non debentur vltra ſortem, hoc eſt duplum. Vſuræ promiſſæ ſi excedant, redigũtur ad legitimum modũ. Cum eſſent fœneratores quidam, qui exempli gratia creditis mille aureis ex ea ſumma eodem momento ſubducerent. C. quod factitant etiam hodie plerique, & nihilominus in aureos mille cautione concepta eius ſummę vſuras legitimas in ſingulos annos ſtipularentur cxx. quæ ſunt vſuræ centeſimæ, & anno quoquo vertente debitam vſuram centeſimam in ſortem redigerent. fructus in vicem vſurarum percipi poſſunt, etiam ſi earum æſtimatio excedat legitimam ſũmam propter incertitudinem. Item oleũ, triticum, & alia id genus mutuari poſſunt cum additamento, licèt excedãt legitimũ

modum, rerum etiam æſtimatarum, vſuræ præſtari poſſunt.

De navtico foenore. D. et C.

IN ſuperiori titulo dixit de terrenis, & mediterraneis vſuris, nunc de maritimis agit. De nautico fœnore ſcribendum quidam putant, exiſtimantes fœneratorē ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι ἐπὶ τὸ χρηστεύειν quoniam id genus hominum ſpeciem oſtentent humanitatis, vt commodi eſſe videantur in opibus nummos deſiderantibus. Verùm illam ſententiam improbat Gellius 19. & 16. cap. 12. Notat enim fœnus à fœtu dici: Eſtque fœnus, vt ait Cuiacius, lucrū, quod ex conuentione accedit ad ſortem mutuò acceptam. Quod ſi ad alium contractum accedat præter ſortem aliquid, officio iudicis, vel ex pacto, non lucri cauſa, ſed ne in damno verſetur creditor, vſura eſt, non fœnus, vel vt alij volunt, Vſura eſt incrementum quod ſorti accedit propter vſum & damnum creditoris, vel vt Modeſtinus ait in l. 1. hoc tit. Traiectitia ea pecunia eſt, quæ trans mare vehitur. Cæterùm ſi eodē loci conſumatur, non erit traiectitia, ſed videndum an merces ex ea pecunia com-

Digitized by Google

paratæ, in ea cauſa habentur, & intereſt vtrum etiam ipſæ periculo creditoris nauigent, tunc enim traiectitia pecunia fit. Fœnoris vtriuſque diuerſa qualitas, maritimi periculum eſt creditoris, mediterranei debitoris, quod & debitor teſtari ſolebat, poſtquam nauem ſolueret. Demoſthenes: πρὸς φορμιωνα. Hinc Modeſtinus l. 3. hoc titulo, In nautica pecunia ex ea die periculum ſpectat ad creditorem, ex quo nauem nauigare conueniat. Auguſt. hom. 29. Quaſi fœnus traiectitium facis. Et Diogenes Laert. ait Menippum ſolitum credere ſub lege ſuſcipiendi periculi.

Mediterranei, ſiue terreni fœnoris modus eſt certus, finitusque, maritimi olim infinitus. Paulus 2. Senten. 14. §. 3. Cuiacius ibid. hodie finitus, Papinianus l. 4. §. 1. hoc titul. pro operis ſerui traiectitiæ pecuniæ gratia ſecuti, quod in ſingulos dies in ſtipulatum deductum eſt ad finem centeſimæ, non vltra duplum debetur. Cuiacius apud Paulum dicto loco, ait Tribonianum ex Iuſtiniani conſtitutione vocem centeſimam, hîc addidiſſe, à qua opinione reſilit quinto obſeruat. 38. Hoc te volebam (candide lector) neſcius ne eſſes ali-

quando Cuiacium à ſemetipſo diſſentire, Sed certè traiectitium fœnus grauius eſt mediterraneo, veluti pro prætio ſuſcepti periculi.& illud ex ſtipulatione,hoc etiam ex pactione.

Tamen nihil intereſt traiectitia pecunia ſine periculo creditoris accepta ſit,an poſt diem præſtitutum,& conditionem impletam periculum eſſe creditoris deſierit. Vtrubique igitur maius legitima vſura fœnus non debebitur. Papinian. l. 4. hoc tit.

III. DE PROBATIONIBVS, ET PRAESVMPTIONIBVS. D. ET C.

PRobationes ſunt teſtimonia,vel inſtrumenta,quibus veritas conſtat.Pręſumptiones ſunt probabiles cōiecturæ ex certo ſigno prouenientes,vt argumēta,ſigna, & indicia certa. Vel probatio eſt intētionis,ſiue legitima fides. Duæ ſunt præcipuę probationū ſpecies:perſonę,&inſtrumēta.

Præſumptiones ſunt veluti anticipationes de eo quod in re eſt, communi ſenſu perceptæ.Præſumere eſt ante ſumere, audere,& tentare.

Actor probare debet quod aſſerit.

Illegitimæ probationes ſunt teſtationes adnotationes, expenſi rationes priuatæ

nam rationibus defuncti non creditur cõtra extraneos, fidem faciũt antiqua monumenta, inſtrumenta publica, ſicut Cenſus, publicæ tabellæ, iuſiurandum per ſe eſt illegitima probatio.

Epiſtola filius qui non probatur.

In criminibus probationes debent eſſe luce clariores.

IIII. DE FIDE INSTRVMENTORVM, ET AMISSIONE EORVM. D. ET C.

PRobationis ſpecies vna eſt quæ ſumitur ex conuentionibus ſcriptis ex teſtimonijs, vel ex alijs ſcripturis, quæ proprie inſtrumenta vocantur. Inſtrumenta ab inſtruendo dicuntur (inquit Cuiacius) quorum amiſſiones nihil nocent ſi probetur pecunia debita, ſed qui ait ſe perdidiſſe inſtrumenta, debet id probare, ſcripturæ diuerſæ fidem ſibi derogant.

Contractus non valet, niſi in mundum redactus ſit, apochæ verò faciunt fidem.

Apochæ, & antopochæ ſunt profeſſiones ſolutæ pecuniæ, ſed apocha debitori datur à creditore, antopocha creditori à debitore, ſi negetur ſcriptura priuata cõ-

Digitized by Google

credere, quam teſtimonijs. Quamobrem in publijs iudicicis, auctore Cornelio Tacito teſtimonia non abſentes, nec per tabellam dare, ſed coram, & præſentes dicere cogebantur.

VI. DE IVRIS, ET FACTI IGNORANTIA. D. ET C.

DVplex eſt ignorantia, alia iuris, alia facti.

Ignorantia iuris eſt ſtultitia, ſiue error hominis neſcientis iuris nomen, leges, cõſtitutiones, Senatuſconſulta, edicta Prætorum, & reſponſa prudentum complectitur.

Iuris ignorantia non excuſat, vt ſi quis intra annum, non petat bonorum poſſeſſionem, aut ſi quis exhauſta legatis hereditate, ſolida legata ſoluerit.

Ignorantia facti eſt rei geſtæ error, vt ſi quis ignoret codicillis adempta legata: hęc ingoranti a non nocet, militi ignorantia obeſt.

Supina tamen ignorantia ferenda non eſt factum ignorãtis, ſupina & craſſa ignorantia, eſt ignorare quod omnes ſciunt,

Scientia tamen neque curioſiſſimi, neque negligentiſſimi accipienda eſt: non exigimus quidẽ, vt omnes iuriſconſultorum artificia didicerint, ſicut vt omnes Patresfamil. Magonis, vel Caſſij, Dionyſij libros, ſed communem eorumquæ legibus continentur intelligentiam in omnibus exigimus. Cuia. lib. 5. cap. 36. Obſeruat.

LIBER XXIII. TIT. I.

De sponsalibvs. D. et C.

Sponſalia ſunt mentio, & repromiſſio nuptiarum futurarum. ſponſalia autẽ dicta ſunt à ſpondendo. nam moris fuit veteribus ſtipulari & ſpondere ſibi futuras vxores, vnde ſponſi, & ſponſæ appellatio nata eſt, hodie tamen nudo conſenſu conſtituuntur, & pactiones potius ſunt, quàm contractus. Arnobius, Habent inquit, pactas, habent interpoſitis ſtipulationibus ſponſas. Plautus in pœnulo. *Agoraſt.*

Audi tu patrue, dico, ne dictum neges
Tuam mihi maiorem filiam deſpondeas.
P. pactam rem habeto. A. ſpondeſne igitur?
P. ſpondeo. A. mi Patrue, ſalue. nam nunc es plane meus.

Abſenti per nuncium, vel per epiſtolam deſponderi poſſe conſtat. In ſponſalibus filiusfamilias, vel filiafamilias conſentire debent, contrahendis, & diſtrahendis, conſentit, qui non diſſentit. Septimo anno ſponſalia contrahi poſſunt.

II. DE RITV NVPTIARVM. D. ET C. DE NVPTIIS C.

RItus, vt inquit Feſtus, eſt mos comprobatus in adminiſtrandis ſacrificijs, ergo Ritus pontificale verbum eſt, de ritu, hoc eſt de ſolemnitate nuptiarum inſcribitur hic titulus. Nam & quas fas eſſet duci, pontificum notionem fuiſſe intelligimus, ex Tacito I. Dione 45. qua in re hic titulus præcipuè conſumitur, & qua item ſolemnitate veluti deductione in domum mariti & aquæ, & ignis prælatione, & acceptione. Ritibus tamen illis antiquatis, nuptiæ, coniugia, & matrimonia promiſcue vſurpantur. Nuptiæ igitur, ſiue matrimonium eſt coniunctio quæ fit inter ciues, marem, & fœminam ad ſobolem, quandoque iuſtam procreandam, ſpectans eo animo, votoque,

Digitized by Google

vt in vna domo totam vitam viuant ſocialiter. in Æſopo latino de vita Alexandri, ille ſceptro depoſito conſcenſo lecto nuptias agit. vel feſtiuitas, & celebritas nuptiarũ. Apuleius lib. 6. impares nuptiæ, & prætereain villa, & patre non conſentiente factæ, legitimæ non poſſunt videri, ac per hoc ſpurius iſte naſcetur.

Nuptiæ ſunt coniunctio maris & fœminæ, conſortium omnis vitæ diuini, & humani iuris communicatio.

Contubernium verò eſt tantùm inter ſeruos, non enim poſſunt cõtrahere nuptias, niſi ciues Romani. parentes, & liberi in infinitum non poſſunt contrahere nuptias vſque, licèt vlterioris ſint gradus, nec perſonæ quæ enumerantur in l. nemini, Cod. de nuptijs. inter conſobrinos tamen rite contrahitur matrimoniũ. Lactant. in Epith. Inſt. corrumpere alienum matrimonium etiam communi gẽtium iure damnatur.

Patris voluntas requiritur, ſi Patrem nõ habeat filia, matris & propinquorum, tũc autem ſolum diſſentiendi à Patre licentia filiæ conceditur, ſi indignum moribus, vel turpẽ ſponsũ pater ei eligat. pater cogi-

Digitized by Google

tur officio iudicis in matrimoniũ collocare liberos, filius poſt trigeſimũ, filia poſt vigeſimũ annũ poſſunt inuito Patre contrahere nuptias iure Gallico, numerus liberorũ, & diuturnitas temporis cõfirmant matrimonium, & ſtatum liberorum, perinde ac ſi legitime concepti eſſent: inceſtæ tamen nuptiæ dotem non habent.

III. DE IVRE DOTIVM D. ET C.

DOs, vt inquit Varro, eſt pecunia marito nuptiarum cauſa data, vel dicta, vel promiſſa, pro oneribus matrimonij. dos enim ſine matrimonio eſſe nõ poteſt, qua ratione Martianus Capella non male dotis offerendæ cumulandęque reciprocum dixit.

Reipub. intereſt mulieres dotes ſaluas habere, propter quas nubere poſſint.

De iure dotium, id eſt cauſa, conditione, natura dotium, vel de dotibus.

Duplex eſt dos, profectitia, & aduentitia. Profectitia eſt quæ à Patre vel parentibus proficiſcirur.

Dos à Patre profecta, ad patrem redire debet, l. iure ſuccurſum, hoc titul.

Digitized by Google

Aduentitia dos eſt, quæ aliunde, puta ab extraneo prouenit, quæ repeti non poteſt niſi ſtipulata ſit, pro oneribus matrimonij fructus dotis ad maritum pertinent.

Predium dotale conſentiente, nec inuita vxore vendi poteſt, Si maritus vergat ad inopiam, aut dilapidet bona, vxor poteſt repetere dotem.

Fundus dotalis diſtrahi poteſt, vt creditoribus vxoris prætium ſoluatur. In ambiguis pro dotibus reſpondendum eſt.

IIII. DE PACTIS DOTALIBVS. D. ET DE PACTIS CONVENTIS TAM SVPER DOTE, QVAM SVPER DONATIONE ANTE NVPTIAS, ET PARAFERNIS. C.

IN hoc titulo agitur de pactis dotalibus, ex quibus competit actio præſcriptis verbis.

Ex pactis dotalibus, quædam vtilia, vel inutilia, aut licita, vel illicita ſunt, vt ſi conuenerit, vt fructus in dotem conuertantur, vel ne ob res amotas agatur, conuentiones illæ non valent.

Poſt nuptias verò paciſci licet, dum ne mulieris conditio deterior fiat: In conſti-

Digitized by Google

tutionibus autem diſſeritur de pactis conuentis ſuper donatione ante nuptias, & parafernis, ſolo priuilegio doti reſeruato.

Paraferna ſunt cætera bona mulieris, quę in dotem non dedit marito, in Parafernis, id eſt in rebus, quæ mulier extra dotem habet, vxore prohibente, vir nullam communionem habet.

V. De fvndo dotali D. et C.

Fvndus dotalis eſt, qui ab vxore marito in dotem datur. Dotale prædium, inquit iuriſconſultus Vlpiannus, accipere debemus, tam vrbanum, quam ruſticum. ad omne enim ædificium. l. Iulia pertinebit. apud Græcos hîc titulus inſcribitur de immobilibus. Cuiacius hîc.

Lege Iulia interdicitur marito, alienatio fundi dotalis inæſtimati. eſt autem alienatio omnis actus, per quem dominium transfertur, vt pignoris datio, ſeruitutis impoſitio, præſcriptio, niſi cæpta eſſet ante nuptias, & paululum temporis ſupereſſet. Verum eſt quod Vlpianus in fragmentis ſcribit, mortua in matrimonio muliere aduentitiam dotem, ſemper penes maritum remanere. Cornutus in

Perſium, Dos inquit, à Ciue Romano data non patrio dicta nomine, ſi repudium non interuenerit, poſt mortem vxoris ad maritum pertinet.

Ceſſat autem l. Iulia in alienatione neceſſaria, vt in communi diuidundo, ſi prouocetur maritus, vel ſi vicinus mittatur in bonorum poſſeſſionem, & fiat Dominus: quia Maritus damni infecti non cauebat, maritus vnum fundum alienare poteſt, vt alterum redimat, ſi vir in fundo dotali lapidicinas aperuerit, marmor Cæſum viri eſt.

LIBER XXIIII. TIT. I.

De donationibvs inter virvm, et vxorem. D. et C.

Moribus apud nos receptum eſt, ne inter virum, & vorem donatio valeret, ne mutuo amore ſe inuicem ſpoliarent, facta tamen, morte confirmatur, & ſilentio roboratur: quemadmodum & donatio à parentibus in liberos facta, ſed donatio facta infirmatur. Si maritus ali-

Digitized by Google

quid comparet vxori, ſit illius, tamen repetitionem pecuniæ habet.

Si vxor, quæ habet extra dotem patiatur maritum conſumere, in quantum heres locupletior eſt, actionem habet.

Si ædes vxoris incendio conſumptæ ſint, in earum refectionem donatio facta valet.

Si perierit quod donatum eſt, eius eſt periculum qui dedit valet donatio ab vxore facta marito, vt equeſtris ordinis fiat, aut adipiſcendæ dignitatis cauſa.

Quicquid habet vxor, exiſtimatur à viro habere euitandi turpis quæſtus gratia.

II. DE DIVORCIIS, ET REPVDIIS. D. ET C.

DIrimitur matrimoniũ diuorcio, morte, captiuitate, vel alia contingente ſeruitute alterutrius eorum.

Diuorcium autem, vel à diuerſitate mẽtium dictum eſt, vel quia in diuerſas partes eunt, qui diſtrahunt matrimonium.

Diuorcium fit inter coniuges, repudium inter ſponſos, tamen promiſcuè vſurpantur. Cuiacius.

Digitized by Google

Diuorcium fit ſeptem teſtibus adhibitis, & ſolemnibus verbis, quæ ſunt, res tuas tibi habeto.

Diuortia fieri ex duodecim tabulis indicat. M. Tul. in 2. Philipp. his verbis; Mimam, illam ſuam ſuas res ſibi habere iuſſit. ex 12. tab. Tertullianus in libro de monogamia, Adeo inquit, repudium à primordio non fuit, vt apud Romanos poſt annum ſexcenteſimum vrbis conditæ id genus duritiæ fuiſſe denotetur, & in Apologetico per annos ferme ſexcentos ab vrbe condita, nulla repudium domus ſenſit.

Diuorcium non eſt verum, niſi quod animo perpetuam conſtituendi diuiſionem fit. nam quicquid fit calore iracundiæ ratum perſeuerantia apparet.

Si filia diuertat vt maritus dotem lucretur, & Patrem fraudet, danda eſt actio.

Mulier tenetur expectare maritum, qui eſt in expeditione donec conſtet mortuum eſſe.

Matrimonium non diſſoluitur, niſi iuſtis ex cauſis. cauſæ autem enumerantur. in l. conſenſu. hoc tit. C. diuortium non fit propter mores.

Mutuo conſenſu non fit repudium, niſi

caſtitatis concupiſcentia, & cauſa religionis.

Si maritus coïre non poſſit propter naturalem frigiditatem, ſit diuortium, toto titulo de frigidis, & maleficiatis. extra.

Diuortium eſt repudium, & ſeparatio maritorum. Repudium eſt diuortium, vel renuntiatio ſponſalium. placet valde formula repudiandæ vxoris impudicæ, quæ eſt in Satyrico Petronij, quia fidem ſcelere violaſti, & communem amicitiam, res tuas ocyus tolle, & alium locum, quem polluas quære.

Diuortium vt fundi, & regiones diuiduntur aquarum diuortijs. M. Tul. Neceſſitas cogit tranſlatione vti, vt nexum quod per libram agitur vt in vxore diuortium, quod non poterat fieri ſine legitima cauſa, ſolius flaminis matrimonium non niſi morte dirimi poterat, Auctoribus Feſto, & Gellio imo, nec vllius olim iure veteri, & primùm Domitianum repudia permiſiſſe Plutarchus ſcribit.

Finis Digeſti Veteris.

Digitized by Google

QVi hunc titulum interpretātur multa præfari ſolent de continuatione tituli, de appellatione infortiati, de ablatiuorum abſolutorum natura, aliis id genus ineptijs, ſed vt inquit Poëta, turpe eſt difficiles habere nugas, & ſtultus eſt labor ineptiarum. Duarenus.

Hoc vocabulum Accurſius repetit à Caldæis. Alciatus 1. diſput. hanc vocem à barbaro quodam inuētam refert. Gothofredus hunc tomum inter vetus digeſtū, & nouum concluſum, infortiatum dictum ait.

III. SOLVTO MATRIMONIO QVEMADMODVM DOS PETATVR. D. ET C.

HIc titulus eſt de repetitione, & ſolutione dotis, vel de iudicio recuperādæ dotis, quòd ſoluto matrimonio datur mulieri, vel patri mulieris, & alijs parentibus, vel extraneo, & quas ob cauſas reputationes, ſiue retentiones fiant, & quo priuilegio gaudeat.

Quemadmodum dos petatur, id eſt repetatur, hoc eſt, quibus diebus, annua, bi-

Digitized by Google

ma, trima die, aut longiore, aut citeriore, aut ſtatim, & qua formula rei vxoriæ, aut ex ſtipulatu.

Non repetitur à marito inſolidum, ſed quatenus facere poteſt: ſi tamen poſtea idoneus fiat, integram dotem reddet, ab herede verò inſolidum repetitur.

Partus ancillarum veniunt, ſi periculum ſit mulieris, tamen licet ſoluatur matrimonium, aliquando dos non poteſt repeti, vt ſi culpa mulieris, verbi gratia, propter adulterium dirimatur, vel ſi pactum lucrãdæ dotis eſt interpoſitum, vel ſi extraneus pactus eſt ſibi reddi.

Dotis cauſa ſemper, & vbique præcipua eſt, ſoluto matrimonio deducũtur impenſæ neceſſariæ, & fructus diuiduntur pro rata temporis, tamen ſi maritus occidat vxorem, quamuis pactum lucrandæ dotis initum ſit, actio dotis competit herędibus vxoris

Maritus non tenetur de periculo nominis in dotem dati ſi non potuerit exigere. Horatius in arte Poetica.

—— fuit hæc ſapientia quondam
Concubitu prohibere vago, dare iura maritis.

Digitized by Google

LIBER XXV. TIT. I.
DE IMPENSIS IN RES DOTALES FACTIS D.

IMpenſarum quædam ſunt neceſſariæ, quædam vtiles, quædam voluptuariæ. Neceſſariæ hæ dicuntur, quæ habent in ſe neceſſitatẽ impendendi, vt moles in mare, vel flumina proiectas vt auertantur, vel ſi ædificium ruens reficiatur, quæquidem impenſæ neceſſariæ minuunt dotem.

Vtiles autem impenſæ ſunt quas maritus vtiliter facit, rẽ que meliorem vxoris reddidit, hoc eſt, dotem, veluti ſi nouelletum in fundo dotali factum ſit, aut in domo piſtrinum, aut tabernam adiecerit.

Voluptuariæ autem impẽſæ ſunt, quas maritus ad voluptatem fecit, & quæ ſpecies exornant, vt ſi balnea extruxerit, pro voluptuarijs impẽſis, niſi parata ſit mulier pati maritum tollentem, exactionem patitur. nam permittitur marito auferre ornatũ, tamen ſine detrimento ſubſtantiæ. prima igitur reputationis, ſiue repenſationis cauſa eſt, propter impenſas factas in res dotales, quæ ſi neceſſariæ fuerint im-

penſæ, ipſo iure fit, perinde ac ſi res quæ retinetur dotalis, non ſit eaque re minus mulier repetit, actione de dote. Sed ſi fuerint vtiles, pro modo earum retentio fit, veluti pignoris iure, vel omiſſa retentione condictio competit.

Voluptuariarum nomine, neque retentio, neque repetitio marito competit, niſi mulier pati nolit maritum tollere, quæ ſeparari poſſunt. hodie ob nullas impenſas retentio eſt, Sed actio mandati, vel negotiorum geſtorum.

II. Rervm amotarvm. D. & C.

Alia quæſtio rei vxoriæ eſt de rebus amotis, ob quas compenſatio, & retentio locum habet, & eſt actio rerum amotarum, condictio, quæ ex edicto Prætoris poſt diuortium datur ſtatim, & inſolidum in vxorem, vel maritum, qui coniugi res abſtulit diuortij cauſa. nam vt inquit Paulus, rerum amotarum iudicium ſingulare introductum eſt aduerſus eam, quæ vxor fuit, quia non placuit cum ea furti agi poſſe, quibuſdam exiſtimantibus, nequid eam furtum facere, vt Nerua, & Caſſio, quia ſocietas vitæ quodammodo dominam eam faceret, nam in honorem

matrimonij turpis actio aduerſus vxorem negatur, & vt Tribonian⁹ ait veritate furtũ fit, & ſic leuius coercetur mulier, Compenſatio locum habet propter res amotas, & is cogitur iurare qui amouiſſe dicitur. Plautus Caſina.

Nam peculi probam nihil habere adderet
Clã viro, & quod habet partũ, ei haud cõmodi eſt
Quin viro, aut ſubſtrahat, aut ſtupro inuenerit.
Hoc viri cenſeo eſſe omne quicquid tuum eſt.

Hæredes vxoris tenentur non inſolidum, ſed in quantum ad eos peruenit, & ſi res extent rei vindicatio habet locum.

III. De agnoscendis, et alendis liberis, vel parentibus, vel patronis, vel libertis, D. et de alendis liberis, a parentibus. C.

Alia cauſa retentionis eſt propter liberos, Senatusconſultum quod factum eſt de liberis agnoſcendis, duas ſpecies cõplectitur; Vnam eorum qui agnoſcunt, aliam earum quæ falſum partum ſubiiciunt. Nam parentes debent agnoſcere liberos poſt diuortium, vel mortem

patris natos,& eis alimenta præſtare,& liberi parentibus pro modo facultatum. Nam qui alimenta denegat, necare videtur. quæ verò falſum partum ſubiiciunt, tenentur crimine falſi.
Patronus libertos alere tenetur, & libertus patronum.

IIII. DE VENTRE INSPICIENDO CVSTODIENDOQVE PARTV. D.

SI ſoluto matrimonio vxor dicat ſe prægnantem ex viro eſſe,habet locum Senatuſconſultum Plaucianum. Nam maritus debet partum agnoſcere, ſi non denũciauerit prægnantem eſſe, cuſtodes adhibentur inſpiciendi, cuſtodiendique ventris cauſa.
Si vxor prægnãtẽ ſe dicat, idẽ obſeruatur.
Qui ventri ſubſtitutus eſt,vel inſtitutus, ſi ventrem ſeruare velit, audiendus eſt.

V. SI VENTRIS NOMINE MVLIER IN POSSESIONEM MISSA, EADEM POSSESIO DOLO MALO AD ALIVM TRANSLATA ESSE DICATVR. D.

HOc edicto rectiſſimè Prætor proſpexit, ne dum in fauorem partus poſſeſſionẽ polliceatur. nã mulier ante editionem partus, ventris nomine mittitur in poſſeſſionem, alijs prædæ occaſionẽ præbeat. idcirco conſtituit actionem in factũ in mulierem, quæ in alium hãc poſſeſſionem dolo malo tranſtulit, actionemque promittit, quanti interfuit eius, qui experitur.

Hæc actio competit poſt annum, quia rei perſecutionem continet.

VI. SI MVLIER VENTRIS NOMINE IN POSSESSIONE CALVMNIÆ CAVSA ESSE DICATVR. D.

SI mulier prudens, ſcienſque ſe nõ eſſe prægnantem, vel eſſe ex alio, & deferente herede iurauerit ſe prægnantem ex marito eſſe, & ita calumniæ cauſa, miſſa ſit in poſſeſſionem, ex hoc edicto tenetur in id quod agentis intereſt; nam calumnia punienda eſt.

Hæc actio competit intra annum, non vltra, quia pœnalis eſt.

Alimenta tamen in ventrem erogata

non repetuntur, ſi res calumnia caret.

Si ſubſtitutus ventri manente muliere in poſſeſſione deceſſerit, heres eius eadem actione prętium hereditatis à muliere exiget.

Legata quoque peti poſſunt, quia intereſt non aditam fuiſſe hereditatem.

VII. DE CONCVBINIS. D. ET C.

Concubinatus matrimonium imitatur, antiquitus concubina vt ait Cuiacius, appellabatur Viceconiux. ideò liberi ex concubinâtu nati patrem habent, & naturales ſunt; & vxor à concubina ſola dignitate differt. Concubinam ex ſola animi deſtinatione æſtimari oportet, & debet eam habere cum teſtatione apud ædiles facta. quæ in concubinatu patris, aut parentum fuit, in liberorum & proximorum concubinatu eſſe poſtea non poteſt, quia nefaria eſt huiuſmodi coniunctio.

Minor annis duodecim non poteſt eſſe concubina, quę vxor eſſe poteſt, concubina eſſe poteſt, quia cõcubinatus per leges nomen aſſumpſit, extra legis pœnam

Digitized by Google

eſt legitima intemperantia, & ſemimatrimonium, damnata Leonis Nouella 91. in deſuetudinem abiit.

Iure Poli prohibetur concubinatus, & omnis fornicatio, quæſt. 4. Cano. meretrice.

LIBER XXVI. TIT. I.

De tvtelis. D.

TVtela eſt, vt Seruius definit, vis ac poteſtas in capite libero, ad tuendum eum qui ſe propter ætatem ſua ſponte defēdere nequit, iure ciuili data, ac permiſſa. His verbis, data, ac permiſſa, ſignificantur duo genera tutelæ, legitima, & datiua. Legitima eſt quæ lege datur. Datiua, quam lex permittit dari à teſtatore, vel magiſtratu, quæ vocatur teſtamentaria, vel honoraria.

Tutela differt à cura, quia tutela pupillorum eſt, cura bonorum, & negotiorum.

Fraus tutoris extra ordinem punitur; negligentia verò tutelæ iudicio arguitur. Tutela non tranſit ad alium hæreditatis

Digitized by Google

iure. fœminæ tutores dari non poſſunt, excepta matre, vt eleganter Oroſius ait, inter Babylonium & Romanum imperium, quaſi inter patrem & filium, paruum, Africanum, & Macedonicum breuia, & media, quaſi tutorem, curatoremque veniſſe, poteſtate temporis non iure hæreditatis admiſſa.

Id autem hoc titulo potiſſimum generaliter explicatur, qui & quibus tutores conſtituantur, vel non, & quemadmodũ.

II. De testamentaria tutela. D. & C.

L. duodecim tabularum permiſſum eſt parentibus liberis ſuis maſculini, ſiue fœminini ſexus, ſi modo in poteſtate ſint, tutores teſtamento dare.

Liberis, hoc eſt filiis, & nepotibus, & iis qui præteriti teſtamentum rumperent.

Hæc tutela vocatur teſtamentaria, quia lex eam à parente dari permittit. Nõ enim quilibet dare poteſt tutorem, vt mater, quæ non inſtituit filium hæredem: ſecus eſt in patre, & qui ſcripſit tutorem, in teſtamento tutor non erit.

Digitized by Google

Hi dari poſſunt tutores cum quibus teſtamenti factio eſt.

Item tutor incertus dari non poteſt, vt ſi duo ſunt Titij, & Titius datus ſit, neuter erit tutor. Certæ rei etiam tutor non datur, niſi bona ſint in diuerſis prouinciis.

Tutores teſtamento dati, non coguntur ſatisdare rem pupilli ſaluam fore, quia teſtator eorum fidem probauit.

Qui tutelam non vult ſuſcipere, amittit legata ſibi relicta in teſtamento.

Tutor poteſt dari ſub conditione, vel ad certum tempus

III. De confirmando tutore vel curatore. D. & C.

SVnt quidam dati recte tutores ſecundùm teſtamenta, alijqui non legitime, non rite dantur, vt dati ab his qui dare non poterant, vel dati per epiſtolam, aut ex imperfecto teſtamento, à iudice tamen confirmantur, vt tutor datus à matre, & à Patrono, & à Patre naturali, aut ab extraneo, & datus codicillis teſtamento non confirmatis, & datus verbis precariis, datus item filio non exiſtenti in poteſtate,

Digitized by Google

vt emancipato, & curator teſtamento datus.

Tunc inquit Modeſtinus, quod deficit repleri à Conſulari poteſtate conſtitutiones conceſſerunt; & ſecundùm mentem confirmari tutores.

Si Pater dederit, nihil inquirit ſi præeſt: ſi autem alius quis dederit, tunc inquirit perſonam ſi apta ſit.

Cautio rem pupilli ſaluam fore exigitur à magiſtratu, & ſi tutelæ tempore ſoluendo non ſit tutor, actio contra magiſtratum decernitur.

IIII. De legitimis tutoribus. D. et C.

TEſtamentariæ tutelæ ſuccedit legitima, legitimos tutores nemo dat, ſed lex duodecim tabularum fecit tutores. Ideo deficiente teſtamentaria tutela, legitimi ſtatim ipſo iure ſunt tutores, ſicut hereditas, inquit Iuſtinianus, agñatione non inſpecta proximis defertur, ſic & tutelæ onus comitatur emolumentum, ſi maſculi, & perfectæ ſint ætatis, & nulla lege pro-

Digitized by Google

hibeantur.

Si plures ſint, magis idoneus eligitur à iudice, frater emancipatus fratrum pupillorum legitimus erit tutor,& hæc tutela vocatur fiduciaria Iuſtiniano.

Si plures ſint agnati, proximus tutelam nanciſcitur.

V. DE TVTORIBVS ET CVRATORIBVS DATIS AB IIS QVI IVS DANDI HABENT, ET QVI, ET IN QVIBVS CAVSIS SPECIALITER DARI POSSVNT.

D. ET C.

TVtelis teſtamentaria & legitima deficientibus magiſtratus impuberibus ignorantibus, & inuitis dant tutores , puberibus verò non inuitis : curatores item mulieribus,prodigis & furioſis. impuberi etiam datur curator, cùm tutor rebus pupilli ſupereſſe non poteſt , propter aduerſam valetudinem,vel abſentiam.Ratio eſt quia tutorem habenti non datur tutor.

Cæterùm ſpecialis curator dari poteſt, veluti ad dotem dandam,& ad adeundam hæreditatem.

Ventri

Ventri item datur curator, non tutor, filius etiam ſi ſobrie viuat curator Patri dari poteſt, ſed non maritus vxori.

Minoris creditor, vel debitor, curator eſſe non poteſt, cum adiuncto tamen curatore poteſt adminiſtrare.

Minor non poteſt inchoare litem, niſi curatorem patrimonij, aut ad litẽ habeat.

Magiſtratus non poteſt dare tutorem ortum ex alia ciuitate, nec domicilium, vbi nominatur habentem, cuius iuriſdictioni ſubiectus non eſt.

VI. QVI PETANT TVTORES, VEL CVRATORES, ET VBI PETANTVR. D. ET C.

QVia magiſtratus non ſolet officium ſuum impertiri in dandis tutoribus, niſi poſtulentur, rectè cautum eſt, quinam tutores petere debeant.

Quidam ſua ſponte petunt vt cognati, affines, amici, educatores, creditores, & qui cum pupillis agere volunt.

Quidam verò ſunt quibus neceſſe eſt petere tutores, puta mater, & libertus, nã mater ſi non petierit, expellitur legitima

filij hæreditate indigna exiſtens.

Libertus, etiamſi non petat, punitur, & obſequij deſerti periculum ſubire cogitur Puberes autem ſibi petunt curatores. Magiſtratus eius ciuitatis, vnde filij originem ducunt, vel vbi ſunt facultates, tutores, & curatores dare debent.

Si nihil poſſideant vbi morantur, & aliunde originem ducunt reſtituti apud patriam, & vbi patrimonium habent morabuntur, & tutores, vel curatores ſortientur.

VII. De administratione tvtorvm et cvratorvm qvi gesserint, vel non, et de agentibvs, vel conveniendis vno, vel plvribvs. D. & C.

Poſt tutorum vel curatorum dationem, ſequitur adminiſtratio tutelæ, vel curæ. Gerere autem, vt inquit Vlpian. atque adminiſtrare tutelam extra ordinē tutor cogitur, ex quo ſcit ſe tutorem datū, & ſi ceſſet ſuo periculo ceſſat, & tenetur quaſi ex contractu. Ideo bona tutorum &

Digitized by Google

curatorum ſunt pupillis & minoribus tacitè obligata, etiamſi non fecerint, quæ facere debebant, quia non debent prætermittere vtilia, neque admittere inutilia. Inprimis tutor debet conficere inuentarium, vendere mobilia, & quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, & pecuniam fœnori dare & cauere. Nam periculum nominis ad tutorem ſpectat, & ſi quid depereat pupillo caſu fortuito qui præuideri potuit culpa vel dolo, & negligentia tutoris, periculum ad tutorem pertinet. Vnuſquiſque tamen tenetur pro ea parte, vel regione quam adminiſtrat, licèt teſtator voluerit à reddendis rationibus liberum eſſe.

Tutores honorarii, vel notitiæ cauſa dati tenentur, ſi quid culpa eorum depereat pupillis, & ab officio ceſſauerint. Agit vel conuenitur vnus, ſi vni commiſſa eſt adminiſtratio, tutores inſolidum tenentur, excuſſis tamen facultatibus eorum qui geſſerunt.

Digitized by Google

VIII. DE AVCTORITATE, ET CONSENSV TVTORVM. D. ET DE AVCTORITATE PRÆSTANDA. C.

AVctoritas eſt approbatio eius quod agitur cum pupillo, auctoritatem ergo præſtare tutor dicitur, cum probat id quod agitur, dummodo intelligat id quod fit, vt ad adeundam hęreditatem, iudicium ſuſcipiendum, tradendum aliquid, vel ſtipulandum. obligari enim ex omni contractu pupillus, ſine tutoris auctoritate non poteſt. Si plures tamen ſint tutores, vnius auctoritas ſufficit, niſi tutela ſit diuiſa.

Pupilli & adulti in criminalibus cauſis, non poſſunt agere, vel conueniri, niſi adſint tutores, vel curatores, tutor in rem ſuam auctor eſſe non poteſt, poteſt tamē palam aliquid emere.

Digitized by Google

IX. QVANDO EX FACTO TVTORIS VEL CVRATORIS MINORES AGERE, VEL CONVENIRI POSSVNT. D. ET C.

QVa ex cauſa poſſunt minores agere, vel cōueniri nomine tutoris vel curatoris, docet hic titulus, factum vocat Pomponius adminiſtrationem, per minores verò intelligit pupillos, & adoleſcentes. ſi tutor condemnetur, minor conuenitur vtili actione & ex locato, ſi tutor locauerit prædium, & ex mutuo, ſi pecuniam pupilli crediderit, & ex iudicato.

Vice verſa conuenitur minor, ſi tutor mutuam pecuniam ſumat nomine pupilli, vel pecuniam ſe ſoluturum caueat, & ad quam pater pupilli damnatus erat, ſi tutor ex pecunia pupilli prædium emat, quod emptum eſt, vindicatur, vel pecunia exigitur.

Dolus tamen tutoris neque nocere, neque prodeſſe debet, ſed ſi tutor perſeueret in adminiſtratione, finita tutela conueniri poteſt.

X. De ſuſpectis tutoribus et curatoribus D. & C.

SVpereſt vt videamus quemadmodum tutela finiatur, quod fit duobus modis, propter ſuſpicionem ſcilicet, & excuſationem.

Suſpectus autem eſt qui non ex fide tutelam gerit, licèt ſoluendo ſit.

Suſpectos autem poſtulare poſſunt omnes, etiam mulieres admittuntur. ſed hæ ſolæ, quæ pietate neceſſitudinis ductæ, ad hoc procedunt, vt mater, nutrix, auia, ſoror, & huiuſmodi.

Suſpecti ſunt ſi negligunt adminiſtrationem ſuſcipere, vel fraudulenter gerũt, vel nolunt ſatisdare.

Si tutor inimicus pupillo, parentibusve eius ſit, & ſi alimenta pupillo non præſtat, vel ſi morib⁹ talis ſit, vt ſuſpectus videatur

Si ob ſegnitiem, vel ruſticitatem, inertiam, ſimplicitatem, vel inopiam remoueatur, non eſt infamis.

Suſpectus ex dolo ſi remoueatur, eſt infamis, qui ſuſpectus poſtulatur pendente cauſa cognitionis, ab adminiſtratione abſtinere debet.

Digitized by Google

LIBER XXVII. TIT. I.

De excvsationibvs tvtorvm et temporibvs earvm D. & C.

QVia dictum eſt ſupra tutelam finiri duobus modis, ſuſpicione, & excuſatione, etiam oſtenſum eſt quinam propter ſuſpicionem remoueantur à tutela, ſupereſt vt de excuſationibus tutorum & curatorum, & temporibus earum diſſeramus. Excuſatio eſt allegatio excuſationis ſeu immunitatis à tutela, & curatione quã habet aliquis ex priuilegio, vel ex iuſta cauſa quam allegari oportet re integra, multiplices cauſæ iuſtam excuſationem à tutela pariunt; vt ætas quæ vel infra 25. aut ſupra 70. annum eſt, numerus trium liberorum Romæ, in Italia quatuor, in prouincia quinque. Numerus trium tutelarum, aut curarum, dum tamen affectatæ non ſint. Profeſſio Philoſophiæ, Grammaticæ, Rhetorices, Dialectices, Medicinæ, Iuriſprudentiæ, aliarumque artium in ſcholis approbatis: item dignitas, legatio, inimicitiæ, fortuna, vt ruſticitas, & in-

Digitized by Google

terdum paupertas tutoris, abſentia non ſolum iuſta, vt militiæ, ſed iniuſta, vt exilij, deportationis, valetudo etiam, vt ſi quis furore, aut ſontico morbo ita affectus ſit, vel ea imperitia, ſocordiaque animi laborat, vt ſuis rebus ſupereſſe non poſſit, priuilegiũ vt militum, veteranorum, & atletarum. quidã corporis, aut collegij iure excuſantur, vt piſtores, menſores, & frumentarij, quia horum opera annonæ neceſſaria eſt.

Lis, vt ſi de hæreditate, vel vniuerſis bonis inter tutorem, & pupillum oriatur: maritus vxori, aut ſponſus ſponſæ curator eſſe non poteſt.

Nomen non excuſat, quia participem in munere habere debet, qui tutor fuit, non cogitur eſſe curator. Altera pars tituli eſt de temporibus excuſationum, quinquaginta autem dierum ſpatium tantummodo ad conteſtandas excuſationum cauſas pertinet, tamen dies cedunt, ex quo decretum Prætoris, aut teſtamentum Patris notum factum fuerit.

Digitized by Google

II. VBI PVPILLVS EDVCARI, VEL MORARI DEBEAT, ET DE ALIMENTIS EI PRÆSTANDIS. D. & C.

DE adminiſtratione bonorum pupilli dixit, æquum eſt vt decernat apud quem educari debeat. per educationem, victum & veſtitum intelligit, & inſtitutionem morum.

Pupillus educari debet apud matrem viduam, vel apud quem iudex æſtimabit, illius etiam decreto decernenda ſunt alimenta ſecundùm modum facultatum, ita tamen vt non vniuerſum reditum in alimenta decernat, ſed ſuperſit aliquid.

Pupillus in dubio præſumitur educatus à tutore, nec poteſt ſumptus negare, niſi probet ab alio ſe conſecutum.

III. DE TVTELA, ET RATIONIBVS DISTRAHENDIS, ET VTILI CVRATIONIS CAVSA, ACTIONE. D. ET ARBITRIVM TVTELÆ. C.

Digitized by Google

SEquuntur actiones tutelę, vel curationis, quæ duæ ſunt, altera tutelæ actio, altera de rationibus diſtrahendis tutelæ. actio perſonalis eſt, & competit minori poſt finitam tutelam. In omnibus (inquit Vlpianus) quæ tutor fecit, cùm facere nō deberet. Item in iis quæ non fecit rationē reddet hoc iudicio, præſtando dolum & culpam, & quantam in ſuis rebus diligentiam.

Vtilis verò actio datur contra eum qui non geſſit, altera actio ex l. duodecim tabul. de rationibus diſtrahendis, hoc eſt, iā diſtractis, conturbatis, interceptis, vel ſubreptis, & datur in duplum actione. De rationibus diſtrahendis (inquit Paulus) nemo tenetur, niſi qui in tutela gerenda rem ex bonis pupilli abſtulerit. quod ſi furandi animo fecit, furti tenetur, & vtraque obligatur. Tutelæ actio arbitraria eſt, & tam hæredi, quam etiam contra ſucceſſores competit.

IV. De contraria tvtelæ, et vtili actione. D. & C.

COntrariam tutelæ actionem Prætor proponit, inducitque in vſum, vt fa-

cilius tutores ad adminiſtrationes accederent, ſcientes pupillum quoque ſibi obligatum fore ex ſua adminiſtratione.

Hæc actio non ſolùm tutori, verumetiã ei qui pro tutore negotia geſſit, competere debet, & tunc vtilis vocatur.

Si quid abſit tutori propter pupillum hac actione experietur, & iudex æſtimabit vtilitatem pupilli, & an tutor ex officio ſumptus fecerit.

V. De eo qui pro tutore, proue curatore negotia geſſit. D. & C.

PRo tutore negotia gerit, qui munere tutoris fungitur in re impuberis, ſiue ſe putet tutorem, ſiue ſciat non eſſe; fingit tamen, & actio negotiorum geſtorum cõpetit, ſi quædam geſſit, & eorum quæ nõ geſſit tenetur, ſi alius geſtor fuit, eandem fidem & diligentiam præſtabit, quam tutor præſtaret. eadem ferè in hanc actionẽ cadunt, quæ in actionem tutelæ. Nam ei qui pro tutore geſſit, arbitrarium iudiciũ competit: tamen non eſt eadem quæ tutoris rerum pupilli adminiſtratio. Nam ſi

rem pupilli vendidit, nec vſucapta ſit, petet eam pupillus.

Protutelæ agi poteſt etiam ante pubertatem, qua parte protutelę actio differt ab actione tutelæ, quæ ante pubertatem non mouetur, quia nullum initium certum ac verum habet, ita quoque nullum finem certum habet. Gotofredus in hunc titu.

VI QVOD FALSO TVTORE AVCTORE GESTVM ESSE DICETVR. D.

DIctum hoc propoſuit, ne contrahentes decipiantur, qui cum tutor non eſſet dolo malo, auctor factus eſſe dicetur. Iudicium dabo (ait Prætor) vt quanti ea res erit, in tantam pecuniam condemnetur. Hæc actio vocatur in factum, & datur hæredibus, non in hæredes, quia ex edicto eſt.

Qui ignorauit ſe cum falſo tutore gerere, reſtituitur, ſed ſcienti non ſubuenit Prætor.

VII. DE FIDEIVSSORIBVS, ET NOMINATORIBVS, ET HEREDIBVS TVTORVM ET CVRATORVM. D. & C.

Digitized by Google

FActis non ſoluendo tutoribus & curatoribus, tenentur fideiuſſores à tutoribus nominati, ſi pręſentes fuerunt, & non contradixerunt, & nomina ſua referri in acta publica paſſi ſunt. æquum eſt enim perinde teneri, atque ſi iure legitimo ſtipulatio interpoſita fuiſſet. Eadem cauſa videtur eſſe affirmatorum ſcilicet, qui cũ idoneos eſſe tutores affirmauerunt fideiuſſorum vicem ſuſtinent. Hæredes etiam tenentur actione tutelæ, nec excuſantur, ſi non inuenerint inſtrumenta tutelaria.

Tamen ob leuem culpam tutorum non conueniuntur.

Item qui petunt tutores & etiam nominatores, vt fideiuſſores tenentur. Minor non poteſt agere contra tutores, & fideiuſſores ſimul. Ad hæredes defuncti officium ſeu ius officij non tranſit. tranſit tamen adminiſtratio, ſeu exercitium in connexis extra iudicialibus. nam in iudicialibus hæres tutoris non exequitur inchoata. Vide Dynum in hunc titulum.

VIII. De magstratibus convenien-dis, et eorum heredibus D. & C.

Digitized by Google

EXcuſſis tutorum, curatorum, & fideiuſſorum, & nominatorum bonis, ſi nec ita pupillo ſatisfieri poſſit, vtilis ſubſidiaria, actio in magiſtratum datur, in hæredes verò magiſtratus non niſi ob dolũ, & latam culpam cõmpetit actio, & hoc verum eſt lite conteſtata. Magiſtratus tenentur inſolidum, & ſi ſint ſoluendo habent beneficium diuiſionis, eadem in magiſtratus actio datur, quæ in tutores; ideò vſuræ à magiſtratibus peti poſſunt.

Si ſcriba, minus ſcribat quam ſit in bonis, tenetur, itaque magiſtratus hoc titulo vt lib. 49. tit. 10. vt frequentiſſimè in his libris, ſunt municipales magiſtratus ſiue duumuiri.

IX. DE REBVS EORVM, QVI SVB TVTELA, VEL CVRA SVNT SINE DECRETO NON ALIENANDIS, VEL SVPPONENDIS. D. ET DE PREDIIS, ET ALIIS REBVS MINORVM SINE DECRETO NON ALIENANDIS, VEL OBLIGANDIS. C.

HOc Senatuscõſulto prohibentur tutores, & curatores prædia ruſtica, vel

ſuburbana etiam diſtrahere ſine decreto Præſidis, niſi vt id fieret parentes teſtamẽto vel codicillis cauerint. Supponẽdis, hoc eſt, pignori obligandis. Hinc Cornutus in illum locum Perſij, Me tibi ſuppoſui tanquam aliquod pignus, inquit.

Prædia alienata ſine decreto, minor vindicat & pretium: quod in facultates erogatum eſt repetit.

Ob æs alienum tantum, & ſimiles cauſas: vt ſi dos minori, aut donatio propter nuptias conſtituenda ſit, prædium minoris diſtrahi poteſt cauſa cognita præſes prouinciæ debet id permittere, licet fundus ſit ſterilis, vel ſaxeus, vel peſtilens, tamen alienari non poteſt.

Aliæ alienationes quæ fiunt ſine decreto, id eſt ſine cauſæ cognitione, & ſententia Prætoris ipſo iure nullæ ſunt, manetque rei vindicatio pupillo cum fructibus, ſi ſciens eam emerit emptor, reddito emptori pretio, ſi probauerit pecuniam minoris lucro ceſſiſſe cum vſuris, quibus pecunia emptoris minor ſolutus eſt, & meliorationibus.

X. DE CVRATORIBVS, FVRIOSO, ET ALIIS EXTRA MINOREM DANDIS. D. ET DE CVRATORE FVRIOSI, VEL PRODIGI. C.

HIc titulus oſtendit maioribus 25. annis Curatores dari poſſe & furioſis, & prodigis, & tandiu ambo erunt in curatione quandiu vel furioſus ſanitatem, vel ille ſanos mores receperit. Prodigus à prodigendo, id eſt conſumēdo. Feſtus in Prodigere. adde Ariſt. 4. Eth. 1.

Prodigus eſt qui neque tempus, neque finem expenſarum habet. Sed bona ſua dilapidando, & diſſipando profundit in eas res, quarum memoriam, aut nullam, aut breuem eſt relicturus, vt ait Cicero 2. Officiorum. his perſonis ſupradictis, agnati, & gentiles ſunt curatores legitimi, ſed hodie extranei dari poſſunt à Prætore. tamen ſi filius Patrem habeat, erit illi legitimus adminiſtrator, quia non eſt affectus qui vincat paternum.

Dantur & alijs perſonis curatores, veluti ſurdis, cæcis, fatuis, debilibus, & perpe-

tuo morbo laborantibus, ventri etiam, & omnibus illis, qui bonis ſuis ſupereſſe non poſſunt, vt mulieri quæ curioſè viuit.

Bonis etiam vacantibus datur Curator, illi, quibus bonis interdictum eſt, nihil transferre poſſunt.

Huic Curationi affinis eſt coadiutor, qui Principibus, & epiſcopis adiungi ſolet, quãdo imperio ſufficere non poſſunt. cap. grandi. de ſupplenda negligentia Prælatorum.

LIBER XXVIII. TIT. I.

DE TESTAMENTIS, ET QVI TESTAMENTA FACERE POSSVNT, ET QVEMADMODVM TESTAMENTA FIANT. D. ET DE TESTAMENTIS, ET QVEMADMODVM TESTAMENTA ORDINENTVR. C.

TEſtamentum eſt voluntatis noſtræ iuſta ſententia de eo quod quis poſt mortem ſuam fieri velit, vel vt ait Quintilianus. teſtamentum eſt voluntas defuncti conſignata iure, legibuſque ciuitatis, ni-

hil enim eſt quod magis hominibus debeatur, quam vt ſupremæ volũtatis, poſtquam aliud iam velle non poſſunt, liber ſit ſtilus,& licitum, quod iterum non redit arbitrium, ideo ambulatoria eſt hominis volun[illegible]ſque ad extremum vitæ exitum, nemo enim ſibi auferre poteſt liberam teſtandi facultatem.

Diſponat,inquit Iuſtinianus teſtator,& erit lex. de teſtamẽtis, id eſt de varijs teſtamentorum generibus. nam aliud eſt teſtamentum myſticum,ait Cuiacius,cuius ſolemnia explicat. l. hac conſultiſſima,aliud quod fit per nuncupationem,ſine ſcriptura, & in vtroque, ſeptem teſtes requiruntur.

Aliud quod fit precibus Principi oblatis. l.19.

Aliud municipalibus geſtis.l. 29.alia genera teſtamentorum abierunt in deſuetudinem

In hoc titulo oſtendit etiam qui teſtamẽta facere poſſint, filiusfamilias non poteſt facere teſtamentum, nec furioſus, prodigus, damnatus ob crimen famoſum, & id genus.Item ſurdus, & mutus à natura teſtamenti factionem non habent, nec

minor quatuordecim annis. Præterea ex lege duodecim tabularum, debet teſtator diſponere de bonis ſuis, non de alienis.

Integritas mentis, non corporis requiritur in eo qui teſtatur, & debet ſcribere manu ſua nomen heredis, vel voce manifeſtare.

Teſtamentum debet fieri ſecundùm regulas iuris, nemo enim poteſt facere, quin leges in ſuo teſtamento locum habeant. Teſtamentum debet fieri vno contextu, & nullo alio actu extero interueniente. Plin. 4. epiſt. bonis heredibus defunctorum voluntatem intellixiſſe pro iure eſt.

Tempore peſtis remittitur ſolemnitas iuris, & teſtator debet manu propria ſubſcribere, niſi ſcripſerit teſtamentum, debet dicere ſe legitimam excuſationem habere.

Teſtamentum perfectum non rumpitur niſi alio perfecto, imperfectum tamen valet inter liberos qui agnouit teſtamentum non iure factum, tenetur adimplere voluntatem teſtantis.

Digitized by Google

II. De liberis, et posthvmis heredibvs institvendis, vel exheredandis. D. et C.

HEredis inſtitutio, caput, & fundamẽtum eſt totius teſtamenti, ideo dicturus de ſolemnibus teſtamentorum recte incipit ab heredis inſtitutione, ſine qua teſtamentum corruit.

Si teſtator habeat poſthumum, vel liberos in poteſtate, debet illos heredes inſtituere, vel nominatim exheredare inſerta cauſa. Quatuordecim enim ſunt cauſæ ingratitudinis, ob quas filius exheredari poteſt.

Tamen Poſthumus exheredari non poteſt, ſi hi omnes inuenirentur præteriti ſui nempe, & poſthumi rumperetur teſtamẽtum.

Sui autem hæredes ſunt liberi, qui cùm ſint in poteſtate teſtantis in familia, proximum gradum tenent delatæ hereditatis tempore, hi vocantur quaſi domini, etiam viuo teſtatore.

Poſthumi verò ſunt qui nati poſt teſta-

Digitized by Google

mentum, quaſi poſteriores nati liberi. Poſthumus, inquit Feſtus, cognominatus poſt mortē patris natus, Plautus Aulularia, Poſt mediam ætatem qui duxit vxorem domum, ſi eam ſenex prægnantem perpetuo fecerit, quid dubitas quin ſiet paratum nomen puero, Poſthumus. Poſthumum non eum ſignificare tantum, qui Patre mortuo, ſed & qui poſtremo loco natus eſt, Ceſellius vindex ex verſibus virgilianis *tua poſthuma proles.* diſputat apud Aul. Gellium lib. 2. cap. 16. quo argumento, & ſimilibus confirmatur eorum librorum ſcriptura, in quibus verbum hoc ſine aſpiratione legitur.

Poſthumos inquit Vlpianus, dicimus eos duntaxat, qui poſt mortem parentis naſcuntur. l. 3. §. 1. D. de Iniuſto rupto. at Poſthumus etiam dicitur in l. Velleia. cap. 1. qui poſt teſtamentum viuo parente naſcitur. Poſthumus dicitur poſterior. Tertul. in libro de reſurrectione carnis, omnis inquit conſummatio, atque perfectio, & ſi ordine poſthumat, effectu anticipat.

Agnatione Poſthumi rumpitur teſtamentum, ex teſtamento rupto nihil deberi, neque peti poſſe certum eſt.

Digitized by Google

Vxoris abortu teſtamentum non rumpitur.

III. De iniusto rupto, et irrito facto testamento. D.

INiuſtum teſtamentum eſt, aut non iure factum, vbi ſolemnia iuris defuerunt. Ruptum verò ſi poſthumus agnaſcatur, vel rumpitur adoptione vel arrogatione filij. Irritum conſtituitur, ſi nō adeatur hereditas, irritum teſtamentum procitum dicitur à Feſto.

IV. De iis quæ in testamento delentur, inducuntur, et inscribuntur D.

IRritum quoque fit teſtamentum, ſi ea quæ in teſtamento ſcripta erant à teſtatore conſulto deleta, vel inducta ſint. deleta ſunt literis, vel alio modo corrupta. Inducta verò cancellis, inſcripta quæ alijs litteris, deleta petentes exceptione repelluntur. Si teſtator nomen vnius heredis induxerit, cętera firma manent: Si verò totam inſtitutionem deleuerit, legata non

Digitized by Google

debentur. hæc tria verba Suetonius in Nerone colligauit. Ita inquit multa, & deleta, & inducta, & ſuperſcripta inerant.

V. De heredibvs institvendis. D. et C.

HÆres, vt quidam arbitrantur, ab herus venit. veteres enim heredem dominum vocabant, alij vt hothomanus heredem ab hærendo dictum volunt, ego verò exiſtimo eſſe verbum antiquum, cuius etheimom ignoratur, idque ex Varrone deprehendi poteſt, qui hereditatem viritim diuiſam heredium vocat.

Vt cumque ſit heres inſtitutus, is eſt cui à morte, vel conditione primo loco teſtator deferri hereditatem voluit.

Heredum, alij vocantur ſui, vt liberi in poteſtate, alij neceſſarij vt ſerui, alij extranei, vt cæteri omnes, heredis inſtitutio pendet ex voluntate teſtantis. non enim poteſt pendere ex alterius voluntate, nam captatoria inſtitutio non valet.

Adire hereditatem, eſt ſuſcipere hereditatem ex teſtamento, vel ab inteſtato, & quaſi aditum in eam ferre, cernere autem

Digitized by Google

eſt quaſi decernere ſe heredem eſſe velle, fiebat verbis conceptis & teſtibus pręſentibus. Cicero XIII. ad Atticum, Cretionē teſtibus præſentibus.

Heres poteſt inſtitui pure, ſub conditione, & in diem incertum, vt cum filius morietur.

Ad certum tempus inſtitutio fieri non poteſt, quia qui ſemel eſt hæres, nunquā deſinit eſſe heres, ſi erretur in corpore (vt Patronus meus) inſtitutio non valet: error verò nominis non vitiat ſi demonſtretur inſtitutus.

Heredes inſtituti æquis portionibus diuidunt hęreditatem, quæ aſſis appellatione continetur, qui diſtribuitur in duodecim vncias, quorum nomina hæc ſunt, vncia, ſextans, i. duæ vnciæ, quadrans: tres vnciæ, triens, quatuor vnciæ, quinqunx, quinque vnciæ, ſemis, dimidia pars aſſis, ſeptuns, ſeptem vnciæ, bes, octo vnciæ, dodrans, nouem vncię, dextans, decem, denuns, vndecim. As verò duodecim continet vncias, incertæ perſonæ inſtitui non poſſunt, nec deportati, nec filius, qui filius non erat, nec collegium ſi non eſt probatum, denique inſtitui non poſſunt, qui non

non habent teſtamenti factionem.

VI. DE VVLGARI, ET PVPILLARI SVBSTITVTIONE. D. ET DE IMPVBERVM, ET ALIIS SVBSTITVTIONIS. C.

SVbſtitutio eſt ſecundo gradu, vel deinceps hæredis in locum præcedentis inſtitutio: vel, ſubſtitutio eſt, inquit Caius, quæ poſt inſtitutionem à teſtatore fieri ſolet.

Subſtitutionum alia eſt vulgaris, alia pupillaris: alia obliqua, alia compendioſa, ſeu militaris, alia exemplaris.

Vulgaris ſubſtitutionis duæ ſunt ſpecies, duplex veluti L. Titius hæres eſto, ſi hæres non erit, ſiue erit, & intra pubertatem deceſſerit, tunc Caius mihi hæres eſto.

Simplex, filium meum inſtituo, & ſi hęres non erit, ſubſtituo Titium: quo caſu ſi filius tuus adierit hæreditatem, euaneſcit ſubſtitutio, quæ & reciproca vocatur.

Pupillaris hoc modo concipitur, ſi hæres non erit, vel erit, & in pupillari ætate deceſſerit, ſubſtituo Mæuium, quo caſu vocatur Mæuius.

Obliqua verò ſeu fideicommiſſaria hoc modo fit, Rogo te hæres, vt ſi ante 25. annum deceſſeris, vel poſt mortem meam reſtituas hęreditatem meam L. Titio.

Compendioſa ſeu militaris, filium hæredem inſtituo, & quandocumque deceſſerit ſiue in pupillari ætate, ſiue poſt, Titium ſubſtituo. Exemplaris, quæ ad exemplum pupillaris eſt introducta, vt poſſint parentes ſubſtituere furioſis mente captis, & prodigis liberis, quia ſibi teſtamentum facere non poſſunt.

Portiones in inſtitutione aſſignatæ cenſentur repetitę in ſubſtitutione. Subſtitutio facta imparibus perſonis non continet pupillarem, ſed vulgarem.

Poſt aditam hæreditatem ſubſtitutiones directæ ſpirant.

VII. DE CONDITIONIBVS INSTITVTIONVM. D. ET C.

CONditio eſt modus qui ſuſpendit id quod agitur, donec confirmetur. Cõditiones aut vtiles ſunt, aut inutiles, id eſt poſſibiles, aut impoſſibiles. Impoſſibiles ſunt vel iure, quia contra leges, aut

Digitized by Google

bonos mores, vt ſi reliquias in mare proiecerit, vel ſi diuerterit à marito, hæres eſto, aut natura, quas non admittit.

Impoſſibilis conditio eſt pro non ſcripta.

Poſſibilis pendet ex poteſtate hæredis, vt ſi Mæuio decem dederis.

Conditio etiam poteſt eſſe caſualis, vt ſi nauis ex Aſia venerit.

VIII. DE IVRE DELIBERANDI D. ET C.

VOluntariis hæredibus datur ius deliberandi, id eſt, poteſtas & arbitrium conſultandi. Vtrum expediat adire hæreditatem, necne. Ad deliberandum datur annus à principe, ab aliis verò iudicibus nouem menſes.

Qui vult hæres eſſe, conficiet inuentarium, eoque confecto non tenetur vltra vires hæreditatis. Qui verò inuentarium non fecit, ſi adeat hæreditatem, tenetur inſolidum. intra tempus quod datur ad deliberandum, hæres non poteſt conueniri, ſcientibus currit ius deliberandi.

Qui nomen paternũ ſoluit, hæreditatem agnouit, ac ſe pro hærede geſſit.

LIBER XXIX. TIT. I.

De militari testamento, D. & C. de testamento militis.

DE militum teſtamentis ideo ſeparatim proconſul edicit, quod optimè nouit ex conſtitutionibus principalibus, propria atque ſingularia iura in teſtamentis eorum obſeruari. nam ſolemnia quæ requiruntur in teſtamentis paganorum, illis remittuntur. Hinc Iuuena. ſat. 16.

Solis præterea teſtandi militibus ius
Viuo patre datur, nam quæ ſunt parta labore
Militiæ, placuit non eſſe in corpore cenſus
Omne tenet, cuius regimen pater.

Milites in expeditione degentes quo modo poſſint, ac velint teſtentur, dummodo duobus teſtibus probetur voluntas eorũ. Hinc Paulus reſpondit militibus quoquo modo velint, & quoquo modo poſſint teſtamentum facere conceſſum eſſe: ita tamen, vt hoc ita ſubſecutum eſſe legitimis probationibus oſtendatur, miles ad em pus hæredem inſtituere poteſt, & pro

parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decedere, agnatione poſthumi non rumpitur teſtamentum militis, nec præteritione, nam habetur pro exhæredatione.

Teſtamentum militis non impugnatur querela inofficioſi teſtamenti.

In teſtamento militis, lex Falcidia in legatis, & fideicommiſſis ceſſat.

Militibus in expeditione occupatis ſolum, vel in procinctu, licèt teſtamenta quoquo modo voluerint componere, & teſtamenta facta in expeditione valent intra annum à miſſione. Poſteà verò non poſſunt teſtari, niſi iure communi.

II. De adqvirenda vel omittenda hæreditate. D. & C.

Hæreditas acquiritur multis modis, ſed potiſſimum cretione, aditione, geritione, pro hærede, immixtione, agnitione, & à ſuis hæredibus ante apertas tabulas per exiſtentiam, vt eleganter Cuiacius paucis complexus eſt.

Amittitur verò hæreditas repudiatione, abſtentione, recuſatione & omiſſione,

Digitized by Google

vt ſi intra tempus legitimum non adeatur.

Aditio eſt actus ſolemnis vindicandæ hæreditatis delatæ ex teſtamento, vel ab inteſtato.

Cretio verò eſt aditio ex deliberatione teſtamento præfinita. Vlpian. in Inſtit. in titulo qui hæredes inſtitui poſſunt. Cretio, inquit, eſt certorum dierum ſpatium, quod datur inſtituto hæredi ad deliberandum, vtrum expediat ei adire hæreditatem, necne, velut Titius hæres eſto, cernitoque in diebus centum proximis, quibus ſcieris, poteriſque. Niſi ita caueris exhæres eſto. Cernere eſt verba cretionis dicere. Sed hæ ſolemnitates abierunt in deſuetudinem. nam hodie ille ſe gerit pro hærede, qui animo agnoſcit ſucceſſionẽ, licèt nihil attingat hæreditarium. pro hærede etiam ſe gerit qui aliquid facit quaſi hæres, dummodo non fiat ex neceſſitate, vt funeris impenſæ, & id genus.

Subſtitutus in diuerſis partibus non poteſt vnam adire, & alteram repudiare. nam hæreditas pro parte adiri non poteſt. Præterea non poteſt adiri ſub conditio-

Digitized by Google

ne, verbi gratia, ſi ſoluenda eſt hæreditas, adeo hæreditatem.

III. QVEMADMODVM TESTAMENTA APERIANTVR, INSPICIANTVR, ET DESCRIBANTVR. D.

DE aperiendis teſtamentis Caius ad edictum ait, omnibus quicumque deſiderant tabulas teſtamenti inſpicere, vel etiam deſcribere deſpiciendi deſcribendique poteſtatem facturum Prætor pollicetur, quod vel ſuo, vel alieno nomine deſideranti tribuere eum manifeſtum eſt. Ratio huius edicti manifeſta eſt, neque enim ſine iudice tranſigi, neque apud iudicem exquiri veritas de iis controuerſiis, quæ ex teſtamento proficiſcerentur, aliter poteſt, quàm inſpectis cognitiſque verbis teſtamenti.

Si quis neget ſigillum ſuum agnoſcere, ſuſpectæ ſunt tabulæ, omnes vltimæ voluntates pertinent ad hoc edictum, & competit contra eum qui ait ſe tabulas habere, Prætor coget ſignatores conue-

nire, & ſigilla ſua recognoſcere, vel negare ſe ſignaſſe.

Si maior pars ſignatorum inueniatur teſtamentum debet aperiri reſignari, & recitari.

IIII. SI QVIS OMISSA CAVSA TESTAMENTI AB INTESTATO VEL ALIO MODO POSSIDEAT HEREDITATEM. D. ET C.

PRætor voluntates defunctorum tuetur, & eorum calliditati occurrit, qui omiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato hereditatem paternã poſſideat, ad hoc, vt eos circumueniat quibuſquid ex iudicio defuncti deberi potuit, ſi non ab inteſtato poſſideretur hereditas & in eos actionem Pollicetur: ſi verò colluſionis ſuſpicio ſit, non dat actionem.

Agnatus ergo proximus, qui omiſſa cauſa teſtamẽti ſuccedit ab inteſtato fraudandorum creditorum hereditariorum gratia, perinde obligatur legatarijs, fideicommiſſarijs, & libertatibus ac ſi ex teſtamento hereditatem acquiſiuiſſet, ſalua lege Falcidia, & iure Patronatus. l. 18. & 19. hoc titulo.

Digitized by Google

Eodem modo tenetur qui non petijt bonorum poſſeſſionem contra tabulas, & omnibus legata præſtabit. Inſtitutus etiã obligatur ſi omittat, vt ſubſtituto deferatur hereditas, inſtitutus verò ſub conditione ſi decem det, ſi ſuccedat ab inteſtato, non incidit in hoc edictum.

V. De senatvsconsvlto sillaniano, et clavdiano, qvorvm testamenta ne aperiantvr. D.

Cvm aliter nulla domus tuta eſſe poſſit, inquit Vlpianus ad edictum, niſi periculo capitis ſui, dominis cuſtodiam tam à domeſticis quam ab extraneis præſtare ſerui coguntur. Ideo Senatusconſulta introducta ſunt de publica quæſtione à familia necatorum habenda. Quod ad cauſam teſtamenti pertinens relictum erit ab eo qui occiſus eſſe dicetur, id ne quis ſciens dolo malo aperiendum, recitandũ, deſcribendumve curet edicto cauetur, priuſquam de eius familia quæſtio ex Senatuſconſulto habita ſupplicium de noxiis ſumptum fuerit, cùm dominus oc-

ditur, auxilium ei familia ferre debet, & armis, & manu, & clamoribus, & obiectu corporis.

Quòd ſi cùm poſſet non tulerit, meritò de ea ſupplicium ſumitur.

Si heres non vlciſcatur mortem defuncti, hæreditas aufertur vt indigno, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, & fructus integros cogitur reſtituere, ſi tabulæ teſtamenti patris eorum qui à familia interfectus dicebatur, priuſquam quæſtio de ſeruis haberetur, apertæ & recitatæ ſint, hæreditas à fiſco vendicatur.

Si moriens dixerit ſe necatum eſſe à ſeruo, non eſt credendum. moriens poteſt purgare innocentiam ſeruorum, & abſoluentur.

Si maritus depræhenſam vxorem in adulterio occidat, quia ignoſcitur ei, ſerui liberandi ſunt.

Hoc Senatuſconſultum factum eſt Diui Auguſti temporibus, Dolabella & Sillano Conſulibus, hoc etiam Senatuſconſultum Claudianum appellari animaduertit Cuiacius lib. 1. Obſeruat. cap. 18.

Digitized by Google

VI. SI QVIS ALIQVEM TESTARI PROHIBVERIT VEL COEGERIT D. & C.

QVI dum captat hæreditatem legitimam, inquit Vlpianus, vel ex teſtamento prohibuit teſtamentarium introire volente eo facere teſtamẽtum, vel mutare Diuus Hadrianus conſtituit denegari ei debere actiones, denegatisque ei actionibus fiſco locum fore.

Idem ſi compulſus ab eo qui eſt heres inſtitutus, vel à quolibet alio quos noluit ſcripſit heredes.

Si quis faciat dolo malo vt teſtes non veniãt, & deficiat facultas teſtamenti faciendi, tenetur, ſi fidei eius qui dolum admiſit commiſſum ſit, vt reſtitueret hæreditatem. hęreditas caduca eſt cum ſuis oneribus, & fiſcum beneficium legis falcidiæ ſentiet, & fideicommiſſarius dodrantem.

Si maritus non per vim, aut dolum, ſed maritali ſermone iudicium vxoris poſtremum in ſe prouocauerit, non incidit in hoc crimen, nec teſtamento datum auferendum eſt.

Digitized by Google

VII. De iure codicillorum. D. et de codicillis. C.

Codicilli, ſi rationem nominis inſpicias, ſunt pugillares. nam codex eſt craſſior pars arboris, ex qua cera illita, tabulas veteres faciebant, in quibus ſcribebant. Hinc Codices, & Codicilli dicti. hîc vero Codicilli ſumũtur pro ſcriptura morientis in qua non ſeruantur ſolemnia illa, quæ in teſtamentis exiguntur. nam ſufficit quinque teſtes adhibere non rogatos qui ſubſcribant. Codicilli ſunt, inquit Cuiacius, teſtati, vel inteſtati voluntas minus ſolemnis.

Conficiuntur autem Codicilli quatuor modis, aut enim in futurum confirmantur, aut in præteritum, aut per fideicommiſſum teſtamento facto, aut ſine teſtamento d. conficiuntur. C. hoc titulo.

Codicilli ante tabulas teſtamenti facti non aliter valent, quam ſi teſtamento cõfirmẽtur, hereditatem quidem neque dari, neque adimi codicillis poſſe manifeſtum eſt, verbis tamen precarijs relinqui poteſt.

Digitized by Google

Codicillis inſtitutioni conditio adijci non poteſt, nec ſubſtitui.

Si aduerſis temporibus duos codicillos quis ordinauerit, non reuocantur primi, niſi poſtrema voluntas diſcrepet.

Agnatione ſui heredis, non rumpuntur Codicilli, & quæ relicta ſunt pro parte dimidia filius inſtitutus ſoluet.

Poſthumus verò nihil præſtabit.

LIBER XXX. XXXI. & XXXII. TIT. I. II. & III.

DE LEGATIS, ET FIDEICOMMISSIS, PRIMO, SECVNDO, ET TERTIO, D. ET DE LEGATIS. C.

Legatum, inquit Iuſtinianus, eſt donatio quædam à defuncto relicta ab herede præſtanda.

Ab herede, inquit, præſtanda. nam ſi legatarius propria authoritate legatum caperet, illud amitteret. non enim poteſt legatum tranſire in legatarium, niſi miniſterio hæredis, vel eſt delibatio hæreditatis, qua teſtator ex eo quod vniuerſum foret heredis alicui quid collatum velit. Floren-

tinus.l. 11. eod. Vlpianus verò legatum rectius definit. Eſt inquit, legatum, quod legis modo id eſt ad inſtar legis imperatiue, & directis verbis, hoc eſt ciuilibus teſtamento relinquitur, vt do, lego. nam quæ precarijs verbis relinquuntur, ex re fideicommiſſa appellātur, vt rogo, peto. Fideicommiſſa autem dicta ſunt, quod fidei, & pudori heredis rogando comittuntur.

Per omnia exæquata ſunt legata ſingularia fideicommiſſis, inquit Vlpianus, tamen in quibuſdam differunt. Olim quatuor erant genera legatorum, per vendicationem, alterum per damnationem, tertium per ſinendi modum, quartum per precationem, ſed hæc differentia ſublata eſt, & quibuſcumque verbis legari poteſt.

Fideicommiſſum eſt liberalitas, quę verbis præcarijs vel alio quocumque iudicio precariæ voluntatis teſtamento, vel codicillis, vel epiſtola, vel quo alio genere vltimi iudicij confertur in aliquem.

Fecit autem Iuriſconſultus tres libros de legatis, propter vbertatem materiæ, neque enim certo conſtitui poteſt, quid quoquo libro tractetur, in primo pręcipue agi qui-

Digitized by Google

dam volunt de rebus quæ legari poſſunt, aut non, in ſecundo de perſonis, quę quibus vtiliter legent.

In tertio de verborum, & rerum, quæ ad legata pertinent ſignificatione, ego aſſentior Cuiacio, qui ait propter vbertatem, materiam hanc in tres libros diuiſam eſſe, nã vt videre eſt in vnoquoque libro agitur de rebus, de perſonis, & de verborum ſignificatione ſimul, quod ante Cuiacium Accurſius animaduertit. Duarenus in eadem eſt ſentẽtia. Sciendum eſt legari poſſe res omnes quæ ſunt in commercio hominum ſiue teſtatoris, ſiue heredis, ſiue alienæ ſint, nam heres redimere tenetur, aut æſtimationem ſoluere.

Ijs autem legari poteſt, cum quibus eſt teſtamenti factio.

Ad legatum conſequẽdum, tres competunt actiones, rei vendicatio, hypothecaria, & perſonalis, & licèt quis falſum teſtamentum dicat, Præſes Prouinciæ ſolui legata iubebit interpoſita cautione, ſi euicta fuerit hereditas, reſtituturum.

Legatum à legando dicitur, nam qui legat, delibat & deligit aliquid ex hereditate quod confert in legatarium propter eius merita

LIBER XXXIII. TIT. I.

De annuis, et menstruis legatis, et de fideicommissis. D.

De legatis generaliter tribus libris diſſeruit, nunc de quibuſdam generibus legatorum incipit agere, ac primum de annuis legatis, in quibus tria conſideranda ſunt, vbi prętentur, quo modo ſoluantur, & quomodo finiantur, cum in annos ſingulos, quid legatum eſt, neque adſcriptum quo loco detur, quocumque loco petetur. Præterea cum in ſingulos annos alicui legatum ſit, Sabinus cuius ſententia vera eſt, plura legata eſſe ait, & primi anni purum, ſequentium conditionale, videri enim hanc ineſſe conditionem, ſi viuat, & ideo mortuo eo ad heredem legatum non tranſire.

Si vero ſit relictum annua, bima, trima die, triginta forte dena per ſingulos dies debentur. Hinc Snetonius in fine Auguſti pro duxit quædam ad vicena ſeſtertia, quibus ſoluendis annuum diem finijt.

Annuum vero diem pro tribus penſionibus,& ſummis,accipio,inquit Cuiacius legatum in ſingulos annos, debetur in ingreſſu anni. l. 8. eodem.finitur autem annuum legatum , vt legatum vſusfructus, illud tamen amplius eſt in legato annuo, quod in ingreſſu cuiuſlibet anni , ſi deceſſerit legatarius,eius anni legatum hæredi ſuo relinquit, quod in vſufructu non ita eſt.nam fructuarius ſi maturis fructibus nondum tamen perceptis deceſſerit heredi ſuo , eos non relinquit.

Hic titulus differt à titulo 34.de alimentis,quia aliquando , cum annua aut menſtrua dicimus alimenta intelligimus , at omnia annua non ſunt alimenta, nec omnia alimenta annua.

II. DE VSV VSVFRVCTV, ET REDITV, ET HABITATIONE ET OPERIS PER LEGATVM, VEL FIDEICOMMISSVM DATIS. D.

AMnuis legatis vſus,& vſusfructus ſimilia ſunt. nam morte legatarij finiuntur.additur habitatio & operæ, & redi-

tus, quæ vſum & vſumfructum imitãtur.

Habitatio & reditus morte legatarij finiuntur, vt ſi patrimonij mei reditum omnibus annis vxori meæ dari voluerim. Ariſto reſpondit ad vxoris heredem non tranſire quando, aut vſufructui ſimile eſſet, aut huic legato in annos ſingulos.

Operæ autem non finiuntur morte, de operis tam liberi hominis, quam ſerui agit, per reditum penſiones ex locatione, & fructus omnes intelligit.

III. DE SERVITVTE LEGATA, VRBANA, ET RVSTICA. D.

POteſt & ſeruitus legari, vt oneris, viæ, tigni immittendi, & tranſeundi. Notandum eſt ſeruitutem eſſe indiuiduam, & viam non poſſe deberi pro parte, ideo ſinguli heredes ſeruituti præſtandæ inſolidum obligantur. Item ſeruitus in heredẽ transfertur, non tamen ſi affectu legata ſit, vt ſi Pater filiæ domum legauerit, eique per domum hereditariam ius tranſeundi præſtari voluerit, ne quod affectu filiæ datum eſt, inquit Papinianus, hoc, & ad exteros eius heredes tranſire videatur.

IIII. DE DOTE PRÆLEGATA. D.

SI maritus vxori dotem leget, quamuis dotis domina ſit, valet legatum, quia plenius eſt legatum, quam de dote actio propter commodum repræſentationis, quia præſenti die legatur quæ reddenda foret annua, bima, trima die, hoc eſt, tribus annuis penſionibus, hodie vero poſt annum, at legatum peti poteſt ſtatim. Ideo non tam dos videtur legari, quàm commodum repræſentationis. Deinde in quãtum facere poſſunt condemnantur hæredes, at actio ex teſtamento ſolidum legatum perſequitur. Præterea, ſi quæ pacta adiecta ſint dotibus, nullum ſortiuntur effectum. formula autem prælegandæ dotis, hæc eſt, quanta pecunia dotis ad me peruenit, tantum hæres meus dato. l. quiſquis. D. de legatis 3. & quamuis nihil in dotem datum ſit, aut acceptum, legatum debetur. Si vero nulla quantitas exprimatur, nullum eſt legatum. Sciendum eſt, ſi amplius non ſit in legato, quàm in dote, inutile eſt eſſe legatum. Cuiacius ait ſingulare eſſe in hoc legato, vt legi falcidiæ non ſubjiciatur, quod minimè verum

videtur ex l. 2. D. hoc titulo. nam hæres ex commodo repræſentationis detrahit falcidiam. Prolegata autem dos dicitur, quia præſenti die datur, non autē relegata, vt exiſtimat Cuiacius, quaſi reddita. nam relegare eſt ablegare, quod non poteſt dici de dote.

Prælegatum verò eſt quod præcipuo iure relinquitur l. penultima, D. de alimentis. nam prælegare, eſt alteri rem iam quodammodo ſuam legare, vt dotem, quæ eſt proprium patrimonium filiæ, eodem modo peculium ſeruo, vel filio prælegari dicitur, l. 1. l. ſi ſeruus. D. de exceptione rei venditæ, & l. vltima, D. de peculio legato.

V. De optione, vel electione legata. D.

OPtio eſt actus legitimus, & fiebat olim ſolemniter, electio vero erat facultatis arbitrariæ, ſed hodie promiſcuè vſurpantur.

Si Titius, aut Mæuius legatus ſit, electio eſt legatarij. nam merito eius eſt electio, cuius eſt poteſtas, qua actione velit vti; ſecus eſt in contractibus. nam electio eſt de-

Digitized by Google

bitoris, quia in teſtamentis plenius interpretamur voluntates teſtantium.

Optio ante aditam hereditatem non fit, Prætor ad optandum diem decernet, & niſi intra certum tempus eligat, actio ei denegatur.

Optione facta legatarius non poteſt mutare voluntatem. nam ius legati prima teſtatione conſumpſit, & res eius fit ſtatim ac dixit ſe ſumere, ſi optio legata ſit ſeruo, vel filio, dominus & pater optare poſſunt. l. 5. D. de legatis 3. Facultas eligendi transmittitur ad heredem.

VI. DE TRITICO, VINO, VEL OLEO LEGATO. D.

IVriſcōſultus incipit agere de his rebus, quarum appellatione quid veniat, quid ue teſtator intellexerit, & dubitatur. vt hoc titulo, vino, vel oleo legato quid contineatur.

Imprimis triticum ſpecies eſt frumenti, ſine ariſta, qui hæredem damnauit dare vxori vinum, oleum, frumentum, & id genus. Tubero omne quantū Paterfamilias reliquiſſet in hereditate legatum putat, ſi vero legatum ſit, Titio tritici modios cen-

tum qui ſinguli pondo centum pendant. Labeo ait nihil legatum, quia huiuſmodi triticum in rerum natura non eſſet.

Cum certum pondus olei legatur non adiecta qualitate, liberum eſt hæredi cuius volet generis oleum legatario ſoluere.

Vino autem legato omne continetur quod vini numero habuit Paterfamilias, & quod ex vinea natum eſt.

Zitum, camum, ceruiſia, hydromeli, acinaticum, & cydoneum vini appellatione non continentur, vino legato vaſa quoque legata videntur, non dolia; quæ per magnitudinem difficile mouentur, & ad perpetuum vſum reſeruantur, nec vtres, nec culei, quia in his non ſeruatur vinum.

VII. De fundo instructo, vel instrumento legato. D.

In hoc titulo explicatur quid inſtructo fundo, & inſtrumento fundi contineatur.

Plenius eſt legatum inſtructi, quàm inſtrumenti, inquit Cuiacius. nam inſtrumento fundi legato non continetur pe-

nus, vel ſupellex, inſtructo vero continentur. pecora paſcendi cauſa parata, inſtrumento non continentur. l. 25 hoc titulo, Cauponiæ inſtrumento legato inſtitores continentur, inquit Paulus, quod Cuiacius videtur fateri, & putat inſtrumenti appellatione contineri etiam.

Qui fundum inſtructum legauit, nominatim legauit mancipia, & quæ ibi habuit, vt inſtructior eſſet. Inſtrumentum fundi, eſt apparatus verum diutius manſurum.

In his legatis inſpicitur mens teſtantis, & conſuetudo regionis.

VI. De pecvlio legato. D.

QVid is qui peculiũ legat, legato intelligat hoc titulo oſtenditur. plus enim continet legatum peculii, vel minus quàm actio de peculio, in vtroque tamen titulo agitur de peculio filij, & ſerui.

Legato ſeruo non debetur peculium. nam peculium nominatim legari ſolet. Si ſeruus moriatur, alienetur, vel manumittatur extinctum eſt legatum. nam quæ acceſſionum locum obtinent, extinguuntur cùm principales res extinctæ fuerint.

Digitized by Google

duntur, ex eo quod non in promptu ſint, ſed intus & penitius habeantur, penus dicta ſunt. Paulus apud Feſtum, & Forcatulus cap. 1. lib. 2.

Item ligna, carbones, thus, cera, vnguẽtum, odores, vaſa quoque penuaria, vel penaria, quin contineantur hoc legato, nulla dubitatio eſt. Si ab herede non præſtetur penus, ſed contrahatur ab eo mora, quia intra paucos dies conſumitur, peti poteſt ęſtimatio.

X. De ſupellectile legata D.

Labeo ait originem fuiſſe ſupellectilis, quod olim ijs, qui in legationem proficiſcerentur locari ſolerent, quæ ſub pellibus vſui forent.

Tubero vero hoc modo demonſtrare ſupellectilem tentat, cui Cuiacius adſtipulatur, inſtrumẽtum quoddam Patrisfamilias rerum ad quotidianum vſum paratarum, quod in aliam ſpeciem non caderet. vt verbi gratia penum, argentum, veſtem, ornamenta, inſtrumenta agri, aut domus.

Sed hodie argentum ſupellectili annu-

Digitized by Google

meratur,quia & ſunt domi vaſa argentea, quæ olim non erant in vſu propter ſeculi ſeueritatem. Suppellex eſt id omne quod domum inſtruit.Gothofredus hic,ſuppellectile legata continentur menſæ,trapezophora, delphicæ , ſubſellia, & quæ numerantur,l.3.hoc titulo.

Abaci, delphicæ miniſterium. Iuuen.

Ornamentum Abaci,necnon & paruulus infra
Cantharus, & recubās ſub eodē marmore Chirō.

Marmoream, delphicam fuiſſe ſcribit Porphirio. Plautus in Perſa.

Date aquam manibus , apponite menſam.

Sententia eius qui legauit, inſpicitur. nam error teſtantis facit ius, id eſt pro iure erit.Hinc Plin.4. epiſt. bonis heredibus defunctorum voluntatem intellexiſſe pro iure eſt.

Qui candelabrum argenteum,in argento numerabat, & argētum legauerit: legato continetur candelabrum argenteum. vel ſi ſupellectilem legauerit, non continebitur.

LIBER XXXIIII. TIT. I.

DE ALIMENTIS ET CIBARIIS LEGATIS. D.

QVid alimentorum, vel cibariorum legato contineatur oſtendit hic titulus. alimentis legatis cibaria & veſtiaria, & habitatio debentur, quia ſine his ali corpus non poteſt.

Diarijs, vel cibarijs relictis, neque habitationem, neque veſtiarium, neque calcearium deberi palam eſt, quoniam de cibo tãtum teſtator ſenſit, inquit Vlpianus.

Cùm alimenta relinquuntur non adiecta quantitate, inſpiciendum eſt quæ defunctus præſtabat. Deinde quid reliquerit cæteris eius ordinis, ſi nihil appareat ex facultatibus, & charitate eius, cui fideicommiſſum relictum eſt, modus ſtatui debet.

Deportatis etiam, vel ſeruis pœnæ, ſi relicta ſint alimenta, debentur, & ex minus ſolemni voluntate peti poſſunt.

Licet bona ex quibus alimenta debeban-

titas legata videtur, nec ex vaſis tanget.

Factum dicimus vaſa, ſigna, emblemata, infectum quod eſt in maſſa, vel lamina.

Mundus vero muliebris eſt, quo mulier mundior fit, continentur eo ſpecula, matulæ, vnguenta, vaſa vnguentaria.

Ornamenta muliebria ſunt, quibus mulier ornatur, veluti inaures, armillæ, viriolæ, annuli, & omnia quæ ad aliam rem nullam parantur, niſi corporis ornandi cauſa, vt gemmæ, lapilli. S. Cyprianus de habitu virginum, non inferantur auribus vulnera, nec brachia includantur armillis.

Mundi pars vnguenta, vnguentis legatis, ait Iuriſconſul. non tantum ea legata videntur, quibus vngimur voluptatis cauſa, ſed & valetudinis. Plin. 13. cap. 3. Margaritæ, gēmæque ad heredem tranſeunt, veſtes prorogant tempus, vnguenta illico expirant, ac ſuis moriuntur horis.

Vnguenta tamen, quibus valetudinis cauſa vngimur, mundo non continentur, vt ait Vlpianus. Ideo ſeparatim tractatur de vnguentis legatis.

Veſtis, vt ait Feſtus, eſt genus, veſtimentum pars veſtis, tamen an veſtimenta legentur nihil refert.

Veſtimentum, id eſt quod detextum eſt, qui veſtem legauit, tamen legato non continetur.

Veſtimentorũ ſpecies ſunt lanea omnia, lineaque, vel ſerica vel bombicina.

De ſtatuis vero paucis diſſeritur in hoc titulo, ſi ſtatuam legauero, & poſtea ex alia ſtatua, brachium ei adiecero, omnimodo ſtatua à legatario vindicari poteſt.

Si imaginem legatam heres deraſit, & tabulam ſoluit, poteſt dici actionem & ex teſtamento durare.

III. DE LIBERATIONE LEGATA. D.

OMnibus debitoribus, inquit Vlpianus, etiam ea quæ debent rectè legantur, licet domini eorum ſint, Iulianus ſcribit, ſi res pignori data legetur debitori à creditore, valere legatum, habereque eũ actionẽ, vt pignus recipiat, priuſquam pecuniã ſoluat, liberatio legari poteſt ſiue iure Ciuili, ſiue honorario, ſiue ex cõtractu, ſiue quaſi cõtractu debeant, & legatarius poteſt agere vt acceptilatione, vel pacto liberetur, vel ſi conueniatur, exceptione

doli mali ſe tueri poteſt.

Variis modis liberatio legatur, de quibus fuſius agitur in hoc titulo Imprimis expreſſe, vel tacite, vt ſi heres damnetur, nõ petere, vel ſi chirographum quis leget debitori, exceptio ei competit.

Si debitor leget nomen creditori, non valet legatum, niſi plenius ſit legatum, quàm nomen.

Si liberatio legetur ita, nihil peti volo, ab Aurelio, quandiu viuet debitor tutus eſt, Modeſtinus ait diuerſum eſſe in perſona heredis. Qui rationes vetatur exigere, non impeditur, reliquias exigere, id eſt, quod mala fide retinuit.

IIII. DE ADIMENDIS, VEL TRANSFERENDIS LEGATIS, VEL FIDEICOMMISSIS. D.

QVia de dandis legatis, & fideicommiſſis ſatis dictum eſt, ſupereſt vt de adimendis dicamus.

Adimuntur autem legata, & fideicommiſſa multis modis, inprimis eodem teſtamento, vel codicillis confirmatis, & cõtrarijs verbis, tranſactione, dubio ſcriptu-

cti vſque ad vitæ ſupremum exitum.

V. De rebvs dvbiis. D. et de verborvm et rervm significatione. C.

QVia ſupererant pleraque dicenda de ambiguo ſermone legatorum, & fideicommiſſorum, qui reddit rem dubiã, quamuis ſublato ſermone res dubia dici poſſit, verbi gratia, cùm dubitatur, valeat necne, multis modis poteſt eſſe dubia. Ideo de rebus dubiis ſpecialem titulum fecit. addit ecloga. 44. de incertis perſonis, Si ita eſt, inquit Gothofredus, malim coniungere huic titulo, titulum codicis de incertis perſonis, quàm de verborum ſignificatione, & certe ita eſt paſſim hoc titulo agi de incertis perſonis. Cæterum interpres hoc titulo paſſim tractat de amphybologia, & ambiguitate, quæ vel ex ſingulis, vel coniunctis perſonis oritur. de qua Quintilianus. 7.

In ambiguo ſermone non vtrumque dicimus, ſed id duntaxat quod volumus. itaque qui aliud dicit, quàm vult, neque id dicit quod vox ſignificat, quia non vult, neque id quod vult, quia id non loquitur

Digitized by Google

incertis perſonis legatũ relictum nõ valet.

Cùm in bello Pater cum filio periſſet, Adrianus credidit Patrem prius mortuum. nam in ambiguis rebus humaniorem ſequi ſententiam oportet. Præterea quoties in actionibus, aut in exceptionibus ambigua oratio eſt, commodiſſimum eſt id accipi, quo res de qua agitur magis valeat, quam pereat. qui legauit cognatis, ijs legaſſe videtur, qui erant teſtamenti facti tempore, ſi nullus fuerit, ijs qui erant mortis tempore.

In ſtipulatione ambiguitas contra ſtipulatorẽ eſt, ſi ita ſcriptum ſit; ille, aut ille heres eſto, aut illi do, lego. coniunctio (aut) pro (&) accipitur, ſi vero res ita relictæ ſint illam, aut illam do, ius vetus nõ mutatur.

VI. De his quæ pœnæ nomine relinquuntur. D. et C.

Antoninus Pius, primus conſtituit ne pœnæ cauſa legatum relictum valeret, author Iulius Capitolinus. quia contra naturam legati eſt, vt pœna honori inſit, vt ſit legatum honori vni, pœnæ alteri,

Digitized by Google

præponderare enim honor videtur pœna, quaſi præcipua cauſa legandi, atque adeo ne honori quidem eſſe tale legatum, hodie tamen valet, niſi illicitum, vel probroſum vel impoſſibile ſit ex conſtitutione Iuſtiniani, ex qua Tribonianus lege 1. inſeruit hæc verba illicite, vel probroſe, itemque verbum talem, quo repetuntur illa illicite, vel probroſe, pœnæ cauſa legatum relinquitur, quod non gratia legatarij, ſed in pœnam, & odiũ heredis relinquitur, hodie pœnæ nomine vtiliter relinquitur. l. 1. Cod. eodem. §. vltimo inſtit. de legatis, niſi pœna ſit adiecta probroſæ rei.

VII. DE REGVLA CATONIANA. D.

CAtoniana regula ſic definitur inquit Celſus, quod ſi teſtamenti facti tempore deceſſiſſet teſtator, inutie foret id legatum, quãdocumque deceſſerit non valere, quia quod ab initio non valet, tractu temporis non conualeſcit, vt ſi rem tuam tibi lego, non valet legatum, etiamſi rem alienaueris, quia ab initio non valuit.

Placet Catonis regulã ad conditionales

niana, quæ pertinet ad ius antiquum.

VIII. De iis qvæ pro non scriptis habentvr. D.

PRo non ſcriptis habentur, quæ ijs adſcripta ſunt, qui in rebus humanis eſſe deſierunt, aut ſeruis pœnæ, item, quæ non intelliguntur, & quæ ſibi teſtamentarius adſcribit, propter falſi ſuſpicionem, quæ ſunt Captatoria.

Quæ in capacibus relinquuntur, ſi huiuſmodi perſonæ ſubſtitutos habeant, ad eos deuoluuntur relicta, ſin minus, remanent penes heredem, ea dicebantur veteribus ereptitia, ab initio inutilia, apud hæredem remanent ſine onere exceptis duobus caſibus. Caduca vel in cauſa caduci cum onere, ſicut & ad fiſcum deuoluebantur cum onere. l. 2. D. de alimen.

IX. De iis qvæ vt indignis aufervntvr. D.

ENumerantur in hoc titulo perſonæ quibus hereditates, vel legata, vel fi-

deicommiſſa auferuntur vt indignis, diſcrimen tamen eſt inter incapaces, & indignos nam quæ incapacibus relinquuntur apud hæredem remanent ſine onere, indignis relicta ad hæredem, vel ad fiſcum tranſeunt cum onere. Inprimis ſi quid relictum ſit ei, qui defunctum occidit, vel cauſam mortis tribuit, aufertur illi tanquam indigno, qui necem teſtatoris non vlciſcitur indignus eſt, qui teſtamentum vel falſum, vel inofficioſum accuſat, vel teſtatorem reum criminis facit, qui adulteram duxit, illi aufertur hereditas mulieris, qui ſe à tutela excuſat, amittit relicta in teſtamento.

Legatum etiam aufertur ei, qui inimicitias capitales exercuit cum teſtatore, aut illi maledixit, aut vxorem eius corrupit & ei qui in fraudem incapaci ſe reſtituturum. Promittit & ei qui hæreditatem explauit, qui cauſam ſtatus mouit.

Vxor cuius dolo maritus necatus eſt, vel ſi ſe indignam præbuit, priuatur hereditate.

Digitized by Google

LIBER XXXV. TIT. I.

DE CONDITIONIBVS, ET DEMONSTRATIONIBVS ET CAVSIS, ET MODIS EORVM, QVÆ IN TESTAMENTO SCRIBVNTVR. D. & C.

Conditio eſt cauſa quæ ſuſpendit legatum, & in liberam legatarij voluntatem, aut in euentum rei futuræ incertum confertur, vt, ſi hoc feceris, ſi nauis ex Aſia venerit, deficiente conditione deficiunt legata.

Multum à demonſtratione conditio diſtat, demonſtratio in præſens, conditio in futurũ tempus confertur, hæc omnimodo exiſtat neceſſe eſt, vt legatũ debeatur, illa etiam ſi vera non ſit, attamen debetur.

Demonſtratio eſt ſignificatio accommodata rei legatæ, & factam rem oſtendit, non vt conditio futuram, vt fundum Tuſculanũ quẽ Seius mihi dedit, do lego.

Is cui ſub conditione non faciendi aliquid legatum relictum eſt, mutianam cautionem præſtat, ijs quorum intereſt,

ait Dion in Auguſto, & Appianus, & D. Hieronymus in Chronicis Euſebij 5. Harme. 9.

Cum enim olim l. duodecim tabularum libera eſſet legandi poteſtas vt liceret, vel totum patrimonium legatis errogare, plerumque inteſtati moriebantur recuſantibus ſcriptis hæredibus pro nullo, aut minimo lucro hereditates adire, lata eſt lex Falcidia qua cauetur ne plus legare liceat, quàm dodrantem totorum bonorum, id eſt, ſiue vnus hæres inſtitutus ſit, ſiue plures apud eũ eoſue pars quarta remaneat.

Exhauſta legatis, aut fideicommiſſis, vel mortis cauſa donationibus hereditate auxilio falcidiæ inſtitutus heres quadrantem retinere poteſt. Paulus lib. 4. eodem.

Reciſſa eſt hęc lex à Iuſtiniano, nam omiſſo inuentario ceſſat, & à teſtatore prohiberi poteſt, & dodrãs mutatus eſt in becem vel ſemiſſem, inſtitutis & ſimilibus, qui de inofficioſo agere poſſunt, vt eleganter animaduertit Cuiacius.

Lex falcidia ceſſat in piis legatis.

Quantitas autem patrimonij ad quam ratio legis falcidiæ redigitur, mortis tempore ſpectatur, & prius omne æs alienũ,

dos funeris, impenſa, pretia ſeruorum manumittendorum, & quidquid heredibus debetur, deducitur. poſtea æſtimatione bonorum quæ ſuperſunt facta, de ſingulis legatis pro rata cuiuſque quarta, falcidiæ deducitur.

III. SI CVI PLVSQVAM PER LEGEM FALCIDIAM LICVERIT LEGATVM ESSE DICATVR. D.

SI cui pluſquam licuerit legetur, inquit Vlpianus, & dubitari iuſtè poſſit. vtrũ lxe falcidia locum habitura ſit, neque ſubuenit Prætor hæredi, vt ei legatarius vt ſi apparuerit eum amplius legatorum nomine cepiſſe quam ex l. falcidia capere licebit, quanti ea res erit, tantam pecuniam det, doluſque malus abfuturus ſit.

Inuentum eſt autem hoc remedium, quia ſi ſine cautione hæres legata ſoluat, videtur agnoſcere iudicium teſtatoris, nec beneficium legis falcidiæ poteſt habere.

Agitur etiam in hoc titulo de ſtipulatione euicta hereditate, legata reddi, & de ſtipulatione fructuum.

Digitized by Google

LIBER XXXVI. TIT. I.
AD SENATVSCONSVLTVM TREBELLIANVM. D. ET C.

EXplicato tractatu qui ad fideicommiſſa ſingularum rerum pertinet, inquit Vlpianus, tranſeamus nunc ad interpretationem Senatuſconſulti Trebelliani. factum eſt enim Senatuſconſultum tẽporibus Neronis octauo Calendas Septembris, Anneo Seneca, & Trebellio Cõſulibus, cuius verba hæc ſunt; Cùm eſſet æquiſſimum in omnibus fideicommiſſarijs hereditatibus, ſi qua de his bonis iudicia penderent, ex his eos ſubire in quos jus, fructuſque transferretur, potius quã cuique periculoſam eſſe fidem ſuam, placuit, vt actiones, quæ in hæredes, heredibuſque dari ſolent, eas, neque in eos neque eis dari, qui fidei ſuæ commiſſum, ſicuti rogati eſſent, reſtituiſſent, ſed idem eſt. & ſi ipſi filio Pater rogatus ſit reſtituere, ſed eis, & in eos quibus ex teſtamento fideicommiſſum reſtitutum fuiſſet, quo minus in reliquum confirmẽtur, ſupremę

delibatur ex legatis, vt eleganter explicat Cuiacius.

Trebelliano Senatuſconſulto locus eſt ab inteſtato. Filij non imputant in Trebellianicam fructus medio tempore perceptos, nepotibus verò non competit hoc priuilegium.

Si heres nolit adire hereditatem, cogitur officio iudicis, & non retinet quartã.

II. QVANDO DIES LEGATORVM, VEL FIDEICOMMISSORVM CEDAT. D. & C.

CEdere diem nihil aliud eſt quàm incipere deberi. mortuo patre, licèt viuo pupillo dies legatorum à ſubſtituto datorum cedit, ſi purus ſit vſusfructus legatus, vel vſus, vel habitatio, neque eorũ dies ante aditam hereditatem cedit, neque petitio ad heredem tranſit, fruſtra ergo cederet. nam rectè Theophilus definit ceſſionem eſſe legatorum, quæ nondum percepta ſunt ad heredes tranſmiſſionem vide. l. Vnicam. de caducis tollendis.

Legatum conditionale aut in diem incertum relictũ non cedit antequam eue-

ſiat conditio, cedunt ergo pura legata, id eſt debentur à morte teſtatoris, & tranſmittuntur in heredes; peti tamen non poſſunt niſi ab adita hereditate.

Ille cui fideicommiſſum relictum eſt, petitionem tranſmittit ad heredes, licet ante deceſſerit, quàm cõſequeretur fideicommiſſum. Si legatum alicui relictum ſit cũ ad legitimum ſtatum peruenerit, licet decedat, eo tempore, ſolutio fieri debet heredi, quo is qui deceſſit, 25. annũ impleſſet.

Si fundus inſtructus legetur, reſpondi ea quibus inſtructus ſit fundus, cum dies legati cedat deberi, id eſt à morte teſtatoris.

III. VT LEGATORVM, SEV FIDEICOMMISSORVM SERVANDORVM CAVSA CAVEATVR. D. & C.

Legatorum ſeruandorum nomine ſatiſdari oportere Prætor putauit, vt quibus teſtator dari, fieriue voluit, eiſdem, & detur, vel fiat, dolumque malum abfuturũ ſtipuletur, hanc de herede ſtipulantur cautionem legatarij, ſi in diem legata reli-

Digitized by Google

cta ſint, vel in conditionem caſualem, nō vt arbitor ſi in poteſtatiuam, niſi heres velit litigare, & neget legatum deberi, tunc de puro legato cautio præſtatur, ſecus nō, quia ſtatim peti poteſt.

Hæc cautio præſtanda eſt, niſi remiſſa ſit à teſtatore, fiſcus etiam non ſolet ſatiſdare, quia ſemper eſt diues. Si ſine culpa heredis minuatur hereditas, heres non tenetur. Hæc ſtipulatio & in fideicommiſſis locum habet, ſiue purè fideicommiſſum ſit relictum, ſiue ex die certa, vel ſub conditione, ſiue res aliqua, ſiue hereditas, ſiue ius aliquod relictum ſit.

IIII. VT IN POSSESSIONE LEGATORVM SEV FIDEICOMMISSORVM SERVANDORVM CAVSA ESSE LICEAT. D. & C.

SI hæres nolit ſatisdare, ex ſuperiori edicto legatarius mittitur in poſſeſſionnm legatorum ſeruandorum cauſa.

Appellatione omnium bonorum intelligit Prætor in hoc titulo bona hæreditaria, non bona hæredis, non tamen expellendi hæredem ius habet legatarius, ſed ſi-

tangi poſſunt, neque qui dicit ſe poſſidere is.h. e.rem poteſt dicere. Itaque in legitimis actionibus, nemo ex iure quirit. poſſeſſionem ſuam vocare audet, ſed ad interdictum venit, duplex eſt poſſeſſio.

Bonorum poſſeſſio eſt Prætoria ſucceſſio, nam Prætor quia non poteſt facere heredem, bonorum tamen poſſeſſorem facit, tam eum quem ius ciuile heredem efficit, quam eum quem ius ciuile non nouit, veluti Poſthumum alienum heredẽ inſtitutum, vel filium emancipatum ab inteſtato.

Bonorum poſſeſſio admiſſa, commoda, & incommoda hereditaria, itemque dominium rerum quæ in his bonis ſunt tribuit, dominium poſſeſſionis intelligo, nõ dominium propietatis, nõ enim proprietatem tribuit, ſed poſſeſſionem tantum, & retentionem. nam in omnibus vice heredum, ſunt bonorum poſſeſſores.

Hereditatis autem, bonorumue poſſeſſio, vt Labeo ait, non vti rerum poſſeſſio accipienda eſt. Eſt enim iuris magis, quam corporis poſſeſſio, inuito non tribuitur bonorum poſſeſſio.

Bonorum poſſeſſio petenda eſt à liberis

Digitized by Google

eſſio, vt Paulus in l. Vnica, hoc titulo, quia verum fuit tabulas extare.

III. DE BONORVM POSSESSIONE FVRIOSO, INFANTI, MVTO, SVRDO, CÆCO COMPETENTI. D.

QVia dubitari poterat an perſonæ hîc enumeratę admitti poſſet ad bonorum poſſeſſionem, idem Papinianus ſtatuit tempus, quod tribuitur ad petendam bonorum poſſeſſionem non currere furioſo, neque infanti, etiamſi tutores, vel curatores eorum petere potuerint. Ratio eſt quia tempus illud ſcientibus & non ignorantibus præfinitur, infantes, & furioſi loco abſentium habentur, mutus, ſurdus, cæcus ad bonorum poſſeſſionem admitti poſſunt. Si id quod agitur intelligant.

IV. DE BONORVM POSSESSIONE CONTRA TABVLAS. D. ET C.

BOnorum poſſeſſio contra tabulas datur præteritis liberis naturalibus, ſuis, & emancipatis, nec in adoptionem

datis, & poſthumis natis, qui ſui futuri erant, & adoptiuis, non emancipatis reſcindendarum earum cauſa.

In contratabulas bonorum poſſeſſione liberos accipere debemus inquit Vlpianus, ſiue naturales, ſiue adoptiuos, ſi neque inſtituti, neque exheredati ſunt, ſed præteriti, ſi ſilentio prætermiſſi à Patre atque neglecti, vt apud Feſtum præteriti Senatores ſunt, qui ſunt neglecti à Cenſoribus, quod erat ignominioſum.

Liberi contra tabulas parentum bonorum poſſeſſione admiſſa, ſolis parentibus & liberis legata præſtare ſecundùm edictum debent.

Filius emancipati, admittitur ad bonorũ poſſeſſionem, ſub conditione exhæredatus contra tabulas bonorum poſſeſſionẽ petet, licèt ſub conditione hæres inſtitutus à contratabulas bonorum poſſeſſione excludatur vt ait Hermogenianus. Certo enim iudicio liberi à parentum ſucceſſione remouendi ſunt, ei qui contratabulas bonorum poſſeſſionem accepit tam legati quàm fideicommiſſi exactio, ſed & mortis cauſa donationis retentio denegatur, nec intereſt per ſemetipſum, an

per alium quæratur.

V. De legatis præſtandis contra tabulas bonorum poſſeſſione petita. D.

QVi iudicium patris reſcindunt per contrabulas bonorum poſſeſſionem ex iudicio eius quibuſdam perſonis legata, & fideicommiſſa præſtare debent, hoc eſt liberis, & parentibus, vxori, nuruique dotis nomine legatum, liberis, & parentibus vtriuſque ſexus, ſcilicet in infinitum.

Si legata relicta ſint liberis, & extraneis ob hoc quod extraneis non pręſtantur, legata liberorum augentur, ſalua falcidia.

Rupto tamen teſtamento ex cauſa præteritionis, Aſo ait legata omnibus deberi, idque probat authẽtica. ex cauſa. C. de liberis præteritis. C. Cuiacius tamen id non probat, in bonorum poſſeſſione contra tabulas reſciſſo teſtamento per contra tabulas, neque legata, neque libertates debentur. l. 8. §. 6. de inofficioſo.

Digitized by Google

VI. DE COLLATIONIBVS BONORVM D. & C. EODEM.

CVm Prætor ad bonorum poſſeſſionem contratabulas emancipatos admittat, participeſque faciat, cum his qui ſunt in poteſtate, conſequens eſſe credidit, vt ſua quoque bona in medium conferant, quia petunt paterna.

Conferre eſt aliquid in medium ferre, & contribuere. collatio eſt confuſio bonorũ propriorum cum paternis, & habet locũ tã ex teſtamento, quam ab inteſtato.

Nec Caſtrenſe peculium, nec quaſi caſtrenſe fratribus confertur, nec id quod dignitatis nomine accepit filius à patre.

In ſucceſſione deſcendentium, non autem aſcendentium, aut collateralium eſt locus collationi, collationis beneficium tranſit ad heredes.

VII. DE COLLATIONE DOTIS. D.

FAcienda à filiabus ſcilicet. filia etiam dotem conferre tenetur, ſi bonorum poſſeſſionem petat, aut bonis paternis ſe immiſceat. filia mundũ, veſtes, ornamenta

à patre accepta conferre non tenetur, quemadmodum nec filius arma, libros, aut quæ impendit pater ſtudiorum cauſa, filia quæ contenta eſt dote, non confert, nec ipſa dotem fratribus confert, cum diuerſo iure fratres heredes ſint. vt vnus ex teſtamento, alter ab inteſtato, collatio non tollitur pacto, ſed teſtamento remitti poteſt.

VIII. DE VENTRE IN POSSESSIONEM MITTENDO, ET CVRATORE EIVS. D.

SIcuti liberorum eorum, qui iam in rebus humanis ſunt, curam Prætor habuit, ita etiam eos qui nondum nati ſunt, propter ſpem naſcendi non neglexit. nam & hac parte edicti tuitus eſt, dum ventrẽ mittit in poſſeſſionem vice contra tabulas bonorum poſſeſſionis.

Prægnantem eſſe mulierem oportet omnimodo, nec dicere ſe prægnantem ſufficit, quare nec tenet datio bonorum poſſeſſionis, niſi vere pręgnans fuerit, & mortis tempore, & eo mitti in poſſeſſionem petit. mittitur autẽ in poſſeſſionẽ ſi

ſi quod in vtero eſt, inter ſuos heredes futurum ſit.

Iure nouo venter non poteſt exhæredari, quia cauſam ingratitudinis committere nõ poteſt. hîc agitur de bonorum poſſeſſione contratabulas ventre præterito, cui etiam miſſo in poſſeſſionem curator dari ſolet, qui ventris curam adminiſtret. curator ventris, alimenta mulieri ſtatuere debet, nec intereſt dotem habeat necne.

Si ventris nomine mulier in poſſeſſionem miſſa ſit, differenda eſt accuſatio adulterij.

IX. DE CONIVNGENDIS CVM EMANCIPATO LIBERIS EIVS. D.

HOc edictum locum habet tã in bonorum poſſeſſione contratabulas, quam vnde liberi, vt ſcilicet patri emancipato iungatur in vnam eandemque partẽ filius natus ex eo, & retentus in poteſtate aui, vtque ei ſoli bona ſua conferat pater, vtque ex ea parte dimidiam, reliquam liberi eius habeant, inquit Vlpianus.

Hoc edictum æquiſſimum eſt, vt neque emancipatus ſolus veniat, & excludat ne-

potes in poteſtate manentes, neque nepotes iure poteſtatis abijciantur.

Paulus ait ex hac parte edicti, petita bonorum poſſeſſione legata præſtari, tam à patre quam à nepote exceptis perſonis.

Hoc edictum abijt in deſuetudinem ſublata ſuitatis, & emancipationis differentia: nam pater quamuis emancipatus, pręfertur ſuis liberis, quia gradu proximior eſt, §.1. de hæredibus ab inteſtato venientibus, in authent.

X. De Carboniano edicto. D. et C.

SI cui controuerſia fiat, an inter liberos ſit, cauſa cognita perinde poſſeſſio datur, ac ſi nulla de ea re controuerſia eſſet, & iudicium in tempus pubertatis cauſa cognita differtur, eum qui controuerſiam facit, ſi pro pupillo ſatis ei non detur, ſimul in poſſeſſione eorum bonorum eſſe Prætor iubet.

Carbonianum competit, quibus contratabulas bonorum poſſeſſio, & denegatur iis quibus & bonorum poſſeſſio, ſeruo etiam competit. nam magis conſulen-

dum eſt iis, quibus maius periculum intenditur.

Cum autem in ſatiſdatione, & pupillus, & aduerſarius eius ceſſant, curator conſtituendus eſt, qui bona adminiſtret, & quãdoque ei qui in iudicio vicerit, reſtituat.

Videtur Cn. Carbo auctor edicti fuiſſe, quem legimus apud Valerium 5. 6. Pompeij pueritiæ & bonorum patris eius (de quibus controuerſiam patiebatur) acerrimum defenſorem, & protectorem fuiſſe. decretum forte interpoſuit (inquit Cuiacius) C. eodem, quod poſtea in edictum tranſlatum eſt, quia vtile erat.

XI. De bonor. possessionibvs secvndvm tabvlas. D. & C.

HOC edictum eſt de bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas ſupremas, quæ omnibus hæredibus ſcriptis datur, ſi modò ſignatæ ſint ſeptem teſtium ſignis, & eius exemplo decernitur etiam hæredibus inſtitutis bonorum poſſeſſio ſecundum nuncupationem, hæ viæ introductæ ſunt conſeruandæ hæreditatis gra-

Digitized by Google

tia. nam qui authore prætore poſſidet, iuſte poſſidet.

XII. Si a parente qvis manvmisvs sit. D.

DE poſſeſſione quæ petitur ab iis qui filios manumiſerunt, non tantum liberis, ſed etiam parentibus præteritis datur bonorum poſſeſſio contra tabulas, ſi in emancipatione manumiſſores extiterint, quaſi patronis ſcilicet, & recte ſi à parente quis manumiſſus ſit: nam ſi à parente quis emancipatus, non autem manumiſſus ſit; ceſſat bonorum poſſeſſio, vt optime animaduertit Cuiacius in hunc titulum.

XIII. De bonorvm possessione ex testamento militis. D.

NON dubium eſt quin ratæ voluntates debeant eſſe eorum qui in hoſtili loco ſuprema iudicia ſua quoquo modo ordinaſſent, ibidemque diē obijſſent; ideo datur bonorū poſſeſſio ex teſtamento militis, ſed non datur bonorum poſſeſ-

ſio contra tabulas teſtamenti militis, nec contra heredes ſcriptos querela inofficioſi teſtamenti.

XIV. DE IVRE PATRONATVS. D.

IN hoc titulo Iuriſconſultus iura & cõmoda patronatus ſigillatim exponit, & quibus modis ius patronatus acquiratur vel amittatur. Plin .8.epiſt. Referebatur de libertis Conſulis perempti, ego poſt quæſtiõnem ſupplicio liberandos, alius in inſulam relegandos, alius morte puniendos arbitramur. D. Ambroſius Apologia Dauidis, plerique diuitum amandare conſueuerunt mancipia ſua, & in agellulos relegare, & hæc pœna grauior æſtimatur.

Inprimis propter beneficium libertatis, Patronus ſuccedit liberto ab inteſtato, ſi nulli ſint ſui hæredes, & ſi patronus præteritus ſit, habet bonorum poſſeſſionem contra tabulas liberti, ea quæ in fraudem patroni à liberto quoquo modo alienata ſunt Fabiana formula, tam ab ipſo patrono, quàm à liberis eius reuocantur, vt inquit Paulus.

Digitized by Google

XV. DE OBSEQVIIS A LIBERIS, ET LIBERTIS, PARENTIBVS, ET PATRONIS PRAESTANDIS D. & C.

PER obſequiũ, honorem ſignificamus, reuerentiam, pietatẽ. nam liberto & filio honeſta ſemper, & ſancta perſona Patris, & Patroni videri debet. Ideo libertus non poteſt patronum vocare in ius ſine venia, nec iudicio ſiſti, locupletem fideiuſſorem petere, nec famoſa actione experiri, nec inſolidum eos condemnare. libertus conuictus ingratitudinis in ſeruitutem retrahitur. Filij etiam officio pietatis fungi debent erga parentes, nam parẽtum & patronorum ſacra ſunt nomina.

LIBER XXXVIII.
TIT. I.

DE OPERIS LIBERTORVM. D.

OPeræ ſunt diurnum officium, quia luce, & per diem explicantur, ſiue in miniſterio, ſiue in officio conſiſtant, ſi per

ſtipulationem, vel per iuſiurandum promiſſæ ſint, Prætor iudiciũ operarum dat. Item ſi quid aliud promiſerit libertus, actio patrono competit.

Finiuntur autem operæ ſi libertus filios ſuſcipiat, infirmitate, & ſenio liberti, & voluntate patroni.

II. De bonis libertorvm. D.

ID eſt, de ſucceſſione libertorum. Paulus 3. ſent. 4. hîc igitur tractatur de bonorum poſſeſſionibus contra tabulas liberti, quæ patrono præterito dantur. datur etiam ei ab inteſtato, vnde legitimi. hoc edictum à Prætore propoſitum eſt honoris, quem liberti patronis præſtare debent moderandi gratia. namque vt Seruius ſcripſit antea ſoliti fuerant à libertis duriſſimas res exigere, ſcilicet ad remunerandum tam grande beneficium, quod in libertos confertur, cum ex ſeruitute ad ciuitatem Romanam perducuntur. & quidem primus prætor Rutilius edixit ſe amplius non daturum patrono, quàm operarum, & ſocietatis actionem, videlicet ſi hoc pepigiſſet, vt niſi ei obſequium præ-

ſtaret libertus, in ſocietatem admitteretur patronus. Poſteriores prætores certæ partis bonorum poſſeſſionem pollicebantur; imago enim ſocietatis induxit eiuſdem partis præſtationem, vt quod viuus ſolebat ſocietatis nomine præſtare, id poſt mortem præſtaret.

Patronus qui elegit bonorum poſſeſſionem, contra tabulas repellitur ab hoc edicto.

Patronus præteritus olim vocabatur in dimidiam, hodie in tertiam, inſtituta, de ſucceſſione libertorum.

III. De libertis mvnicipvm, et aliarvm vniversitatvm. D.

MVnicipibus, collegiis, & vniuerſitatibus plenum ius in bonis libertorũ, libertarũq; datur defertur id ius etiam patrono, ſed an omnino petere bonorum poſſeſſionem poſſint, dubitatur: quia incerta ſunt corpora, & conſentire non poſſunt, ſed per alium poſſunt petita bonorũ poſſeſſione ipſi acquirere, & ex eo tempore cedit tempus petendę bonorum poſ-

Digitized by Google

ſeſſionis, ex quo actorem conſtituere potuerunt; collegia, & vniuerſitates habent bonorum poſſeſſionem contra tabulas libertorum.

IIII. DE ASSIGNANDIS LIBERTIS D.

SEnatuſcõſulto, quod factum eſt Claudianis temporibus, Velleio Ruffo, & Scapula Conſulibus de aſſignandis libertis, in hæc verba cauetur, Si quis duos pluresve liberos iuſtis nuptiis quæſitos in poteſtate haberet de liberto, libertaue ſua ſignificaſſet, cuius ex liberis ſuis eum libertum, eamue libertam eſſe vellet, is eaue, quando is qui eum, eamue manumiſit, inter viuos, vel teſtamento in ciuitate eſſe deſiſſet, ſolus ei patronus, ſolaue patrona eſſet, perinde atque ſi ab eo, eaue libertatem conſecutus, conſecutaue eſſet vtique, ſi ex liberis quis in ciuitate eſſe deſiiſſet, neque ei vlli liberi eſſent, cæteris eius liberis qui manumiſiſſet, perinde omnia tum ſeruentur, ac ſi nihil de eo liberto, eaue liberta iis parens ſignificaſſet, vt ingenuorum, alij ſunt ciues Romani, alij Latini, alij

dediticij, ita & libertinorum ciues plena libertate fruuntur. Latini viuunt vt liberi, moriuntur vt ſerui. dediticij neque vt ſerui, neque vt liberi viuunt, vmbra tantùm quadam libertatis vtuntur. l. vni. Cod. de latina libertate tollenda. §. vlt. Apponam verba Saluiani Maſſilienſis Epiſcopi ex li. 3. ad Eccleſiam Catholicam. Meliori (inquit) conditione quidam relinquũt libertos ſuos, quàm tu relinquis filios tuos: in vſu ſiquidem quotidiano eſt, vt ſerui, & ſi non optimæ, certè non improbæ ſeruitutis, Romana à dominis libertate donentur, in qua ſcilicet, & proprietatem peculij capiunt, & ius teſtamentarium conſequuntur; itaut & viuentes cui volunt, res ſuas tradant, & morientes donatione trãſcribant, nec ſolum hoc, ſed & illa quæ in ſeruitute poſiti conquiſierant ex dominòrum domo tollere non vetantur, tantum eis interdum gratię patronæ liberalitas impartit, vt etiam iure ſuo detrahat quod libertorum dominio largiatur, quanto, ô quiſquis ille es infideliſſime pater, quanto domini illi melius cum libertis agunt, quã tu cum liberis, illi quæ donant perpetuo iure donant, tu temporario. Illi teſtamenti

faciendi arbitrium dant libertis, tu tollis liberis: Illi poſtremo ſuos dant libertati, tu quaſi addicis filios ſeruituti. nam quid eſt aliud quam ſeruituti addicere, quos non vis, aliquid quaſi ingenuos poſſidere; more ergo illorum vteris, qui ſeruos ſuos non bene de ſe meritos, quia Ciuitate Romana indignos iudicant, iugo latinę libertatis addicunt, quos ſcilicet iubēt quidem ſub libertorum titulo agere viuentes, ſed nolunt quicquam habere morientes, negato his vltimæ voluntatis arbitrio, etiam quæ ſuperſtites habent, morientes donare non poſſunt.

Aſſignatio eſt quædam prælegatio, & facit eum patronum cui facta eſt.

V. SI QVID IN FRAVDEM PATRONI. D. & C.

SI libertus dolo malo ſiue teſtamento facto, ſiue ab inteſtato decedens aliquid fecerit, quominus debita pars bonorum ad patronum, vel eius liberos perueniat, habet patronus actionem, quę appellatur fabiana, & eſt in factum actio perſonalis, & perpetua, quæ datur ſoli patrono, ad reuocandū ea quæ libertus in frau-

dem eius alienauit inter viuos, vel vltima voluntate, quominus patronus habeat tertiam partem.

Actio fabiana patrono competit, liberto teſtato, actio caluiſiana inteſtato, quibus actionibus triens detrahitur ex bonis alienatis in fraudem, ex mortis cauſa donationibus, & legatis.

Fabiana à Fabio, Caluiſia à Caluiſio Prætorib. dictæ ſunt.

VI. SI TABVLÆ TESTAMENTI EXTABVNT, ET VNDE LIBERI. D.

PRimùm egit Iuriſconſultus de voluntatibus teſtantium, nunc incipit agere de ſucceſſione ab inteſtato, fecit enim plura capita, primum liberorum, ſecundum legitimorum, tertium cognatorum, quartum viri, & vxoris. hic titulus tractat de primo ordine ſuccedendi, qui datur ſuis, & emancipatis. Prætor liberos tã naturales, quam adoptiuos intelligit, adoptiuos autem mittit, ſi fuerint in poteſtate. bonorũ poſſeſſio poteſt peti ab inteſtato, ſi certum ſit tabulas nõ extare ſeptem teſtium ſignis ſignatas.

Digitized by Google

VII. VNDE LEGITIMI. D. ET C.

SEcunda pars edicti ab inteſtato vocat legitimos, legitimi autem ſunt conſanguinei, agnati, & patroni. nam hi lege duodecim tabularum ad ſucceſſionem poſt ſuos vocantur.

VIII. VNDE COGNATI. D. ET C.

POſt legitimos cognatis datur bonorũ poſſeſſio inteſtati. Cognati ſunt, qui per fœminas coniuncti ſunt.

Cognati autem appellati ſunt, quaſi ab vno nati, vel ab eodem nati. hodie nulla eſt differentia agnationis, & cognationis, auth. de hæredibus ab inteſt. §.ex his.

IX. DE SVCCESSORIO EDICTO. D. & C.

SVcceſſorium edictum propoſitum eſt, ne bona hæreditaria vacua ſine domino diutius iacerent, & creditoribus lon-

gior mora fieret, ſtatuit prætor hoc edicto vt prioribus non petentibus ſequentes admitterentur, qua de cauſa ſucceſſorium vocatur.

Agitur etiam in hoc titulo de repudianda bonorum poſſeſſione, & de tempore admittendæ bonorum poſſeſſionis. nam liberis & parentibus anni ſpatium, cæteris centum dierum. quod ſi nullus ex hoc gradu petat bonorum poſſeſſionem, cæteris in proximo gradu exiſtentibus bonorum poſſeſſionem prætor ex hoc edicto pollicetur.

X. De gradibvs et affinibvs, et nominibvs eorvm D.

Gradus cognationis, alij ſuperioris ordinis ſunt, alij inferioris, alij ex tranſuerſo ſiue à latere. Superioris ordinis ſunt parentes, inferioris liberi, ex tranſuerſo, ſiue à latere fratres, liberique eorum. Eſt autem cognatio, neceſſitudo quæ nobis interdicit cum his qui ſunt ex eodem ſanguine, vel perinde vt ſanguine contrahere nuptias. Cuiacius.

Affinitas eſt ius neceſſitudinis contra-

ctæ inter coniugem, & alterius coniugis cognatos.

XI. VNDE VIR, ET VXOR. D. & C.

SEquitur quarta pars edicti, qua deficiẽtibus cognatis, & his qui inter cognatos vocantur, maritus, & vxor ab inteſtato ſibi ſuccedunt, ſi tempore mortis iuſtum matrimonium fuerit; nam ſi ſolutũ eſſet matrimonium diuortio, fiſcus ſuccederet.

XII. DE VETERANORVM, ET MILITVM SVCCESSIONE. D.

IN militum hereditatibus duo ſunt ſingularia, nam ſi inteſtati decedãt, agnati, cognatique ad finem quinti duntaxat gradus fiſcum excludũt Deinde ſi ex delicto militari puniantur, non modo teſtamentum facere poſſunt, ſed etiam ab inteſtato bona ad cognatos pertinent, quod non habet locum in paganis, & titulus demõſtrat idem priuilegium dari veteranis, id eſt, militia honeſta miſſione demiſſis.

Digitized by Google

XIII. QVIBVS NON COMPETIT BONORVM POSSESSIO. D.

QVibuſdam tamen non competit petitio bonorum poſſeſſionis, vt ei qui renũciauit, qui tempore excluſus eſt, qui ſe indignum hereditate reddidit, vt pater, aut dominus qui dolo fecit ne teſtamentum mutaretur, in quo ſeruus, aut filius eius heres erat inſtitutus.

XIIII. VT EX LEGIBVS SENATVSCONSVLTIS BONORVM POSSESSIO DETVR. D.

SVpererat hæc edicti pars ſubſidiaria, nam ſi ex aliis partibus non ſit bonorũ poſſeſſio, hæc reſtat ijs ſcilicet quibus leges, & Senatuſconſulta, vel cõſtitutiones ſpecialiter bonorum poſſeſſionem detulerunt, ait Prætor vti me quaque lege Senatuſconſulto bonorum poſſeſſionem dare oportebit, ita dabo.

Digitized by Google

XV. QVIS ORDO IN BONORVM POSSESSIONE SERVETVR. D.

ORdo in petenda bonorum poſſeſſione hîc ſeruatur, vt primum ab inteſtato vocentur ſui, ſecundò legitimi, tertio proximi cognati, deinde vir & vxor, tempus petendi bonorum poſſeſſionem vtile eſt, ſcilicet vt non alij dies computẽtur, niſi quibus quis ſciuit poſſeſſionem ſibi delatam, & agere potuit.

XVI. DE SVIS ET LEGITIMIS HEREDIBVS. D. & C.

QVO ordine prætor ad bonorum poſſeſſionem vocat, eodem fere ius ciuile hæredes facit ab inteſtato. nam primò vocat ſuos, id eſt, liberos in poteſtate conſtitutos, deinde conſanguineos: qui ſanguine defuncto cognati ſunt, puta parentes, & fratres, tum agnatos proximos. in ſuis hæredibus, aditio non eſt neceſſaria, ſed ipſo iure hæredes exiſtunt, quod non eſt in reliquis, qui adire hæreditatem & petere bonorum poſſeſſionem compelluntur, vt latius alibi traditur.

Ad

XVII. AD SENATVSCONSVLTVM TERTYLLIANVM, ET ORPHICIANVM. D. ET C.

LEgitimis iunguntur qui licet cognati ſint,non agnati, inter legitimos vocantur.vt mater, quæ vocatur in hereditatem filij totam,poſt conſanguineos fratres, & poſt patrem,vel cum conſanguineis ſororibus in ſemiſſem ex Senatuscõſulto Tertiliano,ſiue oratione Diui Pij hodie ſimul in Capita.& vice verſa filius qui ad matris hereditatem vocatur ex Senatusconſulto Orficiano,ſiue oratione diui Marci excluſis conſanguineis,&agnatis defunctæ matris; quibus etiam placet dari bonorum poſſeſſionem, vnde legitimi, vt ait Cuiacius,Inſtitu.eodem.Factum eſt autem hoc Senatuſconſultum à Diuo Pio, vt ait Zonaras,idque Tertullo,& Sacerdote conſulibus.

L

Finis ſecundi libri Digeſtorum.

Digitized by Google

DIGESTVM NOVVM.

LIBER XXXIX. TIT. I.

DE OPERIS NOVI NVNTIATIONE. D. ET C.

HOc edicto permittitur vt ſiue iure, ſiue iniuria opus fieret, per nunciationem inhiberetur: deinde remitteretur prohibitio eatenus, quatenus prohibendi, ius is qui nuntiaſſet, non haberet. Nuntiare ſignificat hîc prohibere, & ita fit: denuntio tibi, ne quid in loco illo noui operis me inuito facias.

Statim atque denuntiatio facta eſt, ceſſare debet ab opere ædificator, ſi vero ſatiſdet de opere demoliendo, vim fieri vetat Prætor. Opus nouum facere videtur, qui aut ædificando, aut detrahendo aliquid

priſtinam faciem operis mutat.

Qui reficit ædificium, non facit nouum opus, vt putat Alciatus, nec mutat veterem operis faciem. Duarenus in contraria eſt ſententia, nam nouum dicitur quod formam mutat, igitur qui reficit ædificium dicitur nouum opus facere.

Hoc edictum continet opera, quæ ſolo coniuncta ſunt, quorum ædificatio, vel demolitio videtur nouum opus continere, vide Harmenopulum. 2. tit. 4.

Hoc edictum noui operis aduerſus futura opera inductum eſt, non aduerſus præterita facta, quæ ad interdictum, quod vi, aut clam pertinent.

II. De damno infecto, et de ſuggrundis, et protectis. D.

Damnum infectum eſt damnum nō-dum factum, ſed quod futurum veremur, ideoque cautionem deſideramus interponi. Eſt enim damnum quaſi diminutio patrimonii, hoc edictum ad ſuggrūda, & protecta pertinet, quia eorum vitio damnum accidere poteſt.

Digitized by Google

Suggrunda dicimus tabulas circum ædificia à ſummo extenſas, quæ ædes tuentur ab iniuria imbrium, vt ait Vitruuius, & Palladius, ſic dicta forte, quod ſuggrediantur. Protecta ſunt proiecta tecta, in indice tituli eſt proiectionibus, proiectionum nomen latius patet: nam & mœniana cõplectitur, & ſtillicidia, & porticus & quæcumque extra ædes proijciuntur.

III. De aqva plvvia arcenda. D.

SI cui aqua pluuia dãnũ dabit, aquę pluuiæ arcendæ actione auertetur aqua.

Aquam pluuiam dicimus, quæ de cœlo cadit, atque imbre excreſcit ſiue per ſe hęc aqua celeſtis noceat, vt Tubero ait, ſiue cum alia mixta eſt. hæc autem actio locum habet in damno nondum facto, opere tamen iam facto, hoc eſt de eo opere ex quo damnum timetur. totieſque locum habet, quoties manufacto opere agro aqua nocitura eſt, id eſt cũ quis manu fecerit, quo aliter flueret, quam natura ſoleret, ſi ædificio noceat, ceſſat hæc actio.

Hæc actio competit contra dominum,

Digitized by Google

& quanti intereſt opus reſtitui, tanti dominus operis condẽnetur, & dãnũ ſarciat.

Prætor actionem aquæ pluuiæ arcendæ proponit, occaſione data tractat etiã hoc titulo de aqua, id eſt de ſeruitute aquæ ducendæ, vel hauriendæ, vel immittendæ. Ideo in quibuſdam codicibus legitur in indice, de aqua, & aquę pluuiæ arcendæ.

IV. De pvblicanis, et vectigalibvs, et commiſſis. D. et C.

HIc titulus ad publicanos pertinet, Publicani autem ſunt, qui publico fruuntur. nam inde nomen habent, ſiue fiſco vectigal pendant, vel tributum conſequãtur, & omnes qui quid à fiſco conducunt, recte appellantur publicani.

Vt ait Feſtus, vectigal æs dicitur, quod ob tributum, & ſtipendium extraordinarium populo debetur, ſi verum eſt quod Theophilus noſter ſcripſit, ſtipẽdium populo, tributum Principi præſtari.

Liuius 39. vectigalia ſummis prætijs, vltro tributa infimis locauerunt, quas locationes Senatus precibus, & lachrymis pu-

blicanorum victus induci iuſſit, quid non dominantium cupiditas excogitauit, etiã vmbra victigal exactum, Plin. refert Naturalis hiſtoriæ lib. 12. his fere verbis, Qui non miretur arborem vmbræ gratia, tantum ex alieno petitam orbe, Platanus hæc eſt, iam ad morimos vſque peruecta ac tributarium etiam detinens ſolum, ſic legendum, vt gentes vectigal & pro vmbra pendant.

Therſites interrogatus, quæ feræ eſſent ſeuiſſimę, reſpondit in montibus vrſi, in vrbibus publicani, & fœneratores.

Publicum vectigal fiſco debetur. vectigal à vectura dicitur, & eſt id quod præſtatur ex his rebus quæ inuehuntur, aut euehuntur. Præſtatur autem octaua. tributum eſt annona, vel penſitatio quæ ratione ſoli à poſſidentibus ſoluitur. dicitur etiam cenſus. Prætor ait quod publicanus, ſeu alius publicani nomine vi ademerit, quodue familia publicanorum, ſi id reſtitutum non erit in duplum, aut ſi poſt annum agetur, in ſimplum iudicium dabo. item ſi damnum iniuria furtumue factum eſſe dicetur, iudicium dabo, ſi ijs ad quos ea res pertinebit non exhibebuntur

in dominos ſine noxæ deditione iudicium dabo. Commiſſa ſunt res, quæ ex his cauſis fiſco vindicantur, vel crimina ipſa propter quæ vindicantur, quod in legem Cæſaris committant. Varro de re ruſtica. vel commiſſum eſt mercium caſus in fiſcum, quæ ad publicanum profeſſæ non ſunt.

Vel pœna, omiſſæ profeſſionis, publicatio, ſcilicet merciũ aut vænalium inprofeſſorum. hinc Varro de re ruſtica, ad publicanum profitentur, ne legem cenſoriã cõmittãt. Cic. 3. in Verrem, ait hereditatẽ cõmiſſam veneri erycinæ. & huc pertinet etiã illud Peſcẽnini nigri, apud Spartianũ, Vos terras veſtras leuari cẽſitione vultis, ego vero etiam aërem veſtrum cẽſere vellẽ.

V. DE DONATIONIBVS. D. & C.

DOnatio eſt liberalitas quædam, quæ nullo iure cogente conceditur. perficitur autem donatio nuda voluntate, & conſummatur traditione incorporalium rerum. Terentius, Dos Pamphile eſt decem talẽta, Accipio. niſi dixiſſet accipio, dos non eſſet. Donatus. Cicero in Topicis, neque deditio, neque donatio ſine acceptione intelligi poteſt, vel no-

minum ceſſis actionibus, ad perficiendam donationem neceſſaria eſt inſinuatio, ſi excedat modum legitimum. Iure veteri donator non poterat conueniri, hodie dãnatur, ſed in quantum facere poteſt. ex donatione non competit euictio, niſi conuentioni adiecta ſit.

Donari non poteſt, niſi quod eius ſit, cui donatur. donatio reuocatur multis ex cauſis in iure expreſſis, & potiſſimũ propter ingratitudinem. Ingratitudinis cauſæ enumerantur in l. generaliter. C. de reuocandis donationibus.

Item donatio facta liberto à patrono, qui caret liberis, ſi ſuſcipiat poſtea patronus liberos, reuocatur. l. ſi vnquam. C. eodem.

VI. DE MORTIS CAVSA DONATIONIBVS, ET CAPIONIBVS. D. & C.

Mortis cauſa donatio eſt, cum quis habere ſe mauult, quàm eum cui donat, magiſque eum cui donat, quã heredem ſuum. mortis autem cauſa donatio dicitur, quando in donatione mortis mẽ-

tio facta eſt, vel ſuſpicio mortis.

Donatio cauſa mortis eſt liberalitas quę ita fit, vt non niſi morte donatoris confirmetur.

Quodcumque in legatis iuris eſt, id in mortis cauſa donationibus erit accipiēdū.

Mortis cauſa capimus, non tunc ſolum, cum quis ſine mortis cauſa nobis donet, ſed & ſi propter alterius mortem id faciat, veluti ſi quis filio, vel fratre ſuo moriente donet Meuio, ea conditione vt ſi conualuerit, alteruter eorum, reddatur ſibi res, ſi deceſſerit maneat apud Mæuium. donatio mortis cauſa reuocatur per fideicommiſſum, pœnitentiam, valetudinem, & ſi præmoriatur donatarius.

LIBER XL. TIT. I.

DE MANVMISSIONIBVS. D.

IVriſconſultus generalē titulum exponit de manumiſſionibus, quo declarat, qui manumitti, vel manumittere poſſint, & apud quos. eſt autem manumiſſio, datio libertatis. nam quamdiu aliquis in ſeruitute eſt, manui, id eſt poteſtati alienæ ſup-

poſitus eſt, hinc manumiſſus dicitur, qui e manu, id eſt poteſtate domini dimittitur, liberatur enim ſeruus manumiſſus à poteſtate dominica. manumiſſus eſt libertus qui ſeruus fuit, manumittere ſic dicimus, quaſi palma, ſiue colapho infracto, vel impacto dimittere. D. Ambroſius 2. epiſt. Libertas quam manumiſſus accipit, & palma lictoris donatus acquirit. Senec. 2. ep. qui ſe Philoſophiæ ſubiecit, & tradidit, ſtatim circumagitur, id eſt fit liber.

II. DE MANVMISSIS VINDICTA. D.

MVltis modis fiebat olim manumiſſio, & præcipue vindicta. ſic enim manumiſſus ius ciuitatis conſequebatur. erat autem vindicta, virga Prætoris, qua manumittendi à Prætore in capite pulſabantur. nam quos manumittebant alapa percuſſos dextra apprehenſa circumagebant, & liberos confirmabant, vt ait Sigonius de antiquo iure Ciuium Romanorum. lib. 1. cap. 6. & Perſius.

——quibus vna quiritem.
Vertigo facit.
Verterit hunc dominus, momento turbinis exit.
Marcus Dama.

III. DE MANVMISSIONIBVS QVÆ SERVIS AD VNIVERSITATEM PERTINENTIBVS IMPONVNTVR. D.

ET vindictam hoc titulo iure imponi docet ſeruis vniuerſitatum, collegiorum puta, aut municipiorum, aut decuriarum, quamuis incerta ſint corpora, per actores earum forte ex lege vettilibia, quod tamen priuata per procuratores ſuos exequi non poſſunt.

IV. DE MANVMISSIS TESTAMENOT. D.

ALtera ſpecies adipiſcendæ iuſtæ libertatis in hoc titulo demonſtratur. ſi quis nominatim iuſto teſtamento manumiſſus ſit, ſi libertas detur in teſtamento directis verbis, ita Sticus liber eſto. Orcinus libertus dicitur, & hæres non habet ius patronatus.

Digitized by Google

V. De fideicommiſſariis libertatibus. D.

INterdum datur libertas per fideicommiſſum, hoc modo, rogo, hæres vt Stichum manumittas, hoc caſu cum heredis factum interueniat propter authoritatem manumiſſionis iura patroni conſequitur. fideicommiſſariæ libertates verbis precarijs relinquuntur. hinc S. C. Rubrianum, Iuncianum & alia.

VI. De ademptione libertatis. D.

TAntus fuit olim fauor libertatis, vt ſemel data teſtamento, vel codicillis adimi non potuerit: ſed hodie poteſt; ſi tamen adimatur nominatim, ſicuti data eſt, adimitur non ſolum expreſſe, ſed tacite, & ſi in fraudem patroni data ſit, vel aliam ob cauſam, vt fuſius videre eſt.

VII. De statuliberis. D.

QVoniam autem non modo pure, ſed etiam in tempus, aut ſub conditione libertates, ſicuti cętera legata relinqui poſ-

ſunt, fit vt quibus hoc modo libertas data eſt interea, dum dies, vel conditio expectatur, ſtatuliberi appellentur, quia ſtatutam, vt inquit Paulus, & deſtinatam in tẽpus, vel conditionem habent libertatem. qui ſub conditione teſtamento liber eſſe iuſſus eſt, ſtatu liber appellatur.

Statuliber quamdiu pendet conditio, ſeruus heredis eſt. Vlpianus de ſtatuliberis

Statuliberi ſunt in ſpe libertatis, ſtatuliberi dicuntur, vt quidam autumant, hi qui ſtatim non fiunt.

Statuliberum non vt ſeruum, ſed vt liberum puniri probat. l. Statuliberi. D. de quæſtionibus.

VIII. QVI SINE MANVMISSIONE AD LIBERTATEM PERVENIVNT. D.

SIne manumiſſione liberi, id eſt libertini fiunt, qui ipſo iure liberi fiunt ex S. C. vel conſtitutione aliqua, quorum exempla ſuppeditat hic titulus, vel pro premio. vide in hunc locum Cuiacium ad Nouell. 22. cap. 43.

Digitized by Google

IX. QVI ET A QVIBVS MANVMISSI LIBERI NON FIANT, ET AD LEGEM ÆLIAM SENTIAM. D.

LIberi non fiunt ſerui relegati, ſi in vrbe morentur, & pignori dati, & qui à domino extorſerunt libertatem, & qui teſtatoris, vel venditoris, vel præſidis iuſſu prohibiti ſunt, manumitti. & lege Iulia, manumiſſi à muliere dimiſſa, & adulterij reá, & manumiſſi à minore xx. ann. citra cōſilium, & manumiſſi in fraudē creditorum, vel patronorum, alia capita legis Æliæ, quæ ab illis priſcis Ælijs lata eſt notantur in hoc titulo, vt ait Cuiacius.

X. DE IVRE AVREORVM ANNVLORVM. D. ET C.

SEruí manumiſſione libertini fiunt, ſed vno caſu iura ingenuitatis habēt ſaluo iure patronatus, vt puta ſi ius annulorum aureorum à Principe impetrauerint, id eſt equeſtrem dignitatem, aut beneficium equeſtri dignitati compar. hac enim digni-

tatẽ quæſita deponebant ferreum annulum, ſumebant aureum Papinius 3.

Atque idem cuneus populos conduxit equeſtres,
Mutauitque genus leuæque ignobile ferrum
Exuit. Hæc Cuiacius,.

Libertinis dato iure annulorum aureorũ equeſtrem dignitatem dari conſtat, quæ res efficit, vt in multis iuris partibus donati anulis libertini pro ingenuis habeantur.

Cor. Tacitus. 18. poſtulante exercitu, vt libertum ſuum Aſiaticum equeſtri dignitate donaret, honorauit anulis. & Plinius 33. cap. 11. paſſim ad ornamenta anulorũ etiam ſeruitute liberati tranſiliunt. Arnobius pecunia donat anulos, & priora loca in ſpectaculis.

XI. DE NATALIBVS RESTITVENDIS.

ALtero autem caſu non iura tantum ingenuitatis, ſed ingenuitatem pleniſſimam habent, & ius patronatus extinguitur, puta ſi à Principe natalibus reſtituti fuerint, quãdoquidẽ eis natalib⁹ reſtituuntur, in quibus homines fuerunt nõdũ neque naturali, neque ciuili iure deſcripto, l. Imperialis. C. de nuptijs. Cuiac.

XII. DE LIBERALI CAVSA. D. ET C.

ET his quidem modis ad libertatē, nobilitatem, & ingenuitatem perueni-tur, ſed quia ſæpe fit vt hinc exiſtant controuerſiæ, altero adfirmante ſe liberum, aut ingenuum, altero in ſeruitutem retrahente. ideò ad expediendas has lites, Prætor conſtituere iudicia ſolet, quæ vocantur liberalia ſiue cauſæ liberales, quod in ijs de libertate agatur. actiones autem quibus agitur, appellantur præiudiciales.

XIII. QVIBVS AD LIBERTATEM PROCLAMARE NON LICET. D. & C.

AGere autem poſſunt de liberali cauſa quicūque non prohibentur, prohibentur porrò hi, quibus ad libertatem proclamare non licet. vt eſt maior 20. annis, qui ad participandum pretium venire ſe paſſus eſt. item ſeruus per vim alteri ereptus, & teſtamento liber eſſe iuſſus.

Digitized by Google

XIIII. SI LIBERTVS INGENVVS ESSE DICATVR. D.

EOdem modo ad ingenuitatem repetendam agere poteſt libertus, ſi intra quinquennium à tempore manumiſſionis docere velit ingenuum ſe eſſe natum, qua in cauſa ſciendum eſt, rem inter alios actam, alijs non obeſſe.

XV. NE DE STATV DEFVNCTORVM POST QVINQVENNIVM QVÆRATVR. D. & C.

ILlud annotandum eſt, liberalia iudicia non ſemper eſſe perpetua. nam de ſtatu defunctorum poſt quinquennium quærere non licet. ſi quidem deteriorem conditionem defuncti facturus ſit, qui retractat, vt ſi dicat ſeruum fuiſſe, non ſi meliorem, veluti ſi pro ſeruo libertus, pro liberto ingenuus eſſe dicatur. Cuiacius putat hoc Senatusconſultum factum diui Marci temporibus, cum à Capitolino ſcribatur Marcum Imperatorem de ſtatu defuncti intra quinquēnium quæri iuſſiſſe.

Digitized by Google

XVI. DE COLLVSIONE DETEGENDA D. & C.

SEd ne quorumdam dominorũ nimia indulgentia inquinaret ampliſſimum ordinẽ, ingenuis enim non libertinis patebat in Senatum aditus, eo quod paterẽtur ſeruos ſuos in ingenuitatem proclamare, liberoſque iudicare.

S. C. factum eſt Domitiani temporibus quo cautum eſt, vt ſi quis probaſſet per colluſionem quidquam factum, hoc eſt proditam conſpiratione litigatorum cauſam. ſi iſte homo ſeruus ſit, fieret eius ſeruus, qui colluſionem detexiſſet. hac de cauſa Alexander Seuerus libertinos nunquam in equeſtrẽ redegit, teſte Lãpridio.

LIBER XLI. TIT. I.

VII. DE ADQVIRENDO RERVM DOMINIO D.

EXplicant ante omnia quibus modis iure gentium, vel iure ciuili dominiũ acquiratur, & per quas perſonas. dominiũ

Digitized by Google

eſt proprietas rei, ſed abuſiue dominium vſusfructus, & dominium poſſeſſionis dicimus. Vide Duarenum 1. diſpu. 17.

Dominia rerum nanciſcimur vel iure gentium, vel iure ciuili, inſtituta de rerum diuiſione. Cicero lib. 1. Offic. ſunt autem priuata nulla natura, ſed aut veteri occupatione, vt qui quondam in vacua venerunt, aut bello, vt qui victoria potiti sũt: aut lege, aut pactione, conditione, ſorte, ex quo fit vt ager arpinas, arpinatium dicatur. Tuſculanus Tuſculanorũ, ſimiliſque eſt priuatarum poſſeſſionum deſcriptio, ex quo quia ſuum cuiuſque fit eorũ quæ natura fuerunt communia, quod cuique obtigit, id quiſque teneat.

II. DE ADQVIRENDA VEL AMITTENDA POSSESSIONE. D.

POſſeſſio appellata eſt vt & Labeo ait à ſedibus quaſi poſitio, quia naturaliter tenetur ab eo qui ei inſiſtit, vel eſt vſus rei. vel poſſeſſio eſt rei corporalis detenſio, vt ait Theophilus Inſt. lib. 4. Plures eandem rem pro ſolido poſſidere non poſſunt, nulla poſſeſſio adquiri, niſi

animo & corpore poteſt, ita nulla amittitur, niſi in qua vtrumque in contrarium actum eſt.

Duplex eſt poſſeſſio, vna quæ iure cõſiſtit, altera quæ corpore, D. Auguſt. in ſermo. de vita Clericorum, quod videtur inquit poſſidere, ſicut iuriſperiti loquuntur, iure non corpore, Seneca 13. & 11. Epi. Negant Iuriſconſulti quidquam vſucapi, quod publicum eſt. Seruitutes & forum non poſſidemus, eis vtimur tamen, quia vſus tangi non poteſt.

Iuſtè poſſidet, qui auctore prætore poſſidet.

Prius de poſſeſſione, deinde de dominio quæritur.

III. De vsvrpationibvs, et vsvcapionibvs. D. & C.

Bono publico vſucapio introducta eſt, ne ſcilicet quarumdam rerum diu & ferè ſemper incerta eſſent dominia, vt ait Gellius li. 7. cap. 10. Hoc ius introductum eſt propter publicam vtilitatem. Vſurpatio eſt vſucapionis interruptio, oratores autem vſurpationem frequentem vſum

vocant. Vſucapio, vt ait Modeſtinus, eſt adiectio dominii per cõtinuationem poſſeſſionis temporis longe definiti. Horat.

Quædam ſi credis Conſultis mancipat vſus.

Explicatur in hoc titulo, quis poſſit vſucapere, & quas res, & quanto tempore. Diuus Auguſtinus lib. de Fide, & operibus, in iure prædiorum, tamdiu quiſque bonæ fidei poſſeſſor rectiſſime dicitur, quamdiu ſe poſſidere ignorat alienum: cùm verò ſcierit, nec ab aliena poſſeſſione receſſerit, tunc malæ fidei perhibetur, tunc iuſte iniuſtus vocatur. Cicero ait in oratione pro Flacco, nihil poſſe de tutela legitima deminui, quo verbo vſucapio ſignificatur, neque res mobilis, neque immobilis, ſine tutorum authoritate. Cuiacius lib. 24. cap. 14. Qui alieno nomine poſſidet, vſucapere non poteſt, ſine poſſeſſione vſucapio cõtingere non poteſt. In vſucapione hæc duo præcipuè requiruntur, bona fides, & titulus. Cicero vſucapionem periculi, & ſollicitudinis litium finem appellat in oratione pro Cecinna.

Digitized by Google

IV. Pro solvto. D.

Pro ſoluto vſucapit, qui rem debiti cauſa recipit, & non tantùm quod debetur, ſed id quod pro debito ſoluitur volenti creditori, hoc titulo vſucapi poteſt.

V. Pro emptore D. & C.

PRo emptore poſſidet qui revera emit, nec ſufficit tantum in ea opinione eſſe vt putet pro emptore ſe poſſidere, ſed debet ſubeſſe cauſa emptionis, vel ſaltem iuſtiſſimus error.

Cum quis emit rem alienam ab aliquo, bona fide poſſidet, pro emptore non acquiſiuit dominium traditione, quia dominus non erat venditor, ideoque non potuit in eum plus iuris transferre, quàm habebat, ſed transfert in eum vſucapiendi facultatem.

VI. Pro herede. D. & C.

TItulo pro hærede vſucapit, qui poſſidet rem quam & defunctus vſucapiebat. Item ille qui rem habet titulo hæredis, nihil pro hærede poſſe vſucapi ſuis hæredibus exiſtentibus obtinuit.

Digitized by Google

V. PRO DONATO.

PRO donato ille vſucapit, cui donationis cauſa res à non domino tradita eſt. Nam ſi dominus donaſſet, accipientis fieret. Donari non poteſt niſi quod eius fit cui donatur. valet donatio rei alienæ, ſicut venditio.

VII. PRO DERELICTO. D.

QVod pro derelicto habetur, inſtar donationis eſt, & dicitur pro derelicto haberi, quod dominus ea mente abiecerit, vt id in numero rerum ſuarum amplius eſſe nollet, res habita pro derelicto fit accipientis. *Si* quis igitur poſſideat rem aliquam, quæ ab alio derelicta eſt, dicitur eſſe iuſta cauſa poſſeſſionis, & ex cauſa prodeſt ad vſucapionem.

VIII. PRO LEGATO. D. ET C.

LEgatorum nomine videtur is poſſidere, cui legatum eſt à non domino. pro legato enim poſſeſſio, & vſucapio nulli alij quàm ei cui legatum eſt competit. ſi res aliena legata ſit, legatarius poterit eam vſucapere.

Digitized by Google

IX. PRO DOTE. D. ET C.

IVſtiſſimus titulus vſucapionis eſt hic pro dote, vt qui in dotem rem alienam accipit. nam vſucapere is poteſt ſolẽmni ſpàtio. Si ſoluatur matrimonium, interrũpitur vſucapio, & cedit commodo vxoris.

X. PRO SVO. D.

PRO ſuo poſſidemus omnia quæ mari, terra, aëre capimus, aut quæ alluuione accreſcunt, vbicumque eſt iuſta cauſa vſucapiendi, & deficit alius titulus, datur pro ſuo. Denique pro ſuo poſſidet, qui poſſidet ex cauſis ex quibus iuregentium dominium adquiritur.

LIBER XLII. TIT. I.

DE RE IVDICATA, ET DE EFFECTV SENTENTIARVM, ET DE INTERLOCVTIONIBVS. D. & C.

RES iudicata dicitur, inquit Modeſtinus, quæ finem controuerſiarum pronunciatione iudicis accepit, quod vel con-

condemnatione, vel abſolutione contingit. Seneca in Medea.

Qui ſtatuit aliquid parte inaudita altera,
Æquum licet ſtatuerit, haud æquus erit.

Interlocutio eſt ſententia, quæ neque condemnationem continet, neque abſolutionem, effectum autem ſententiarum vocat emolumentum & executionem, de cuius ordine tractatur hoc titulo.

Res iuducata ad finem perducitur, captis, & diſtractis pignoribus authoritate magiſtratus, vel creditor mittitur in bonorũ poſſeſſionem, ſi cõuenerit inter litigatores quid pronuntietur: non absre erit iudicem huiuſmodi ſententiam proferre.

Iudex qui iudicat contra conſtitutiones, quia exiſtimat cauſam per eas non iuuari, ſtatur rei iudicatæ.

II. De confessis. D. et C.

Confeſſus pro iudicato eſt, qui quodammodo ſua ſententia damnatur. hinc l. 12. tabularum, æris confeſſi, rebuſque iure iudicatis. hodie in omnibus actionibus confeſſus pro iudicato habetur

non fatetur tamen qui errat, niſi ius ignoret. error facti non nocet.

Confeſſio extra iudicium non nocet. confeſſi vtique poſt confeſſionem tempora quatuor menſium quaſi ex cauſa iudicati habebunt, confeſſus crimen non damnatur.

III. De cessione bonorum. D. et C.

IVſta cauſa mittendi in bonorum poſſeſſionem, eſt cum debitor bonis cedit, id eſt bona ſua ſponte dimittit, & concedit creditoribus. remedio ceſſionis bonorum debitores liberantur ignominia quam infert poſſeſſio edicto Prætoris conceſſa: Sed cum ea res in Gallia decoctoribus nimiam fraudandi cauſam daret, Ludouici 12. conſtitucione cap. 70. ſancitum eſt, vt nemo niſi præſens, & in iudicio diſcinctuſque ac nuda ceruice bonis cedat, vt huius iguominiæ & dedecoris metu pauciores in perniciem creditorum ad tam fœdum, & miſerabile ſubſidium confugiant. lege Roſcia certum in ſpectaculis locum decoctoribus conſtitutum fuiſſe ſcribit Cic.

in 2. Philipp. quamuis fortunæ vitio non ſuo decoxiſſent, legis Iuliæ beneficio cedens bonis pœnæ atque infamiæ eximitur.

Is qui bonis ceſſit, ſi quid poſtea acquiſierit inquantum facere poteſt conuenitur.

Qui cedit bonis antequam debitum agnoſcat, condemnetur, ne vel in iure confiteatur, audiri non debet.

Bonis cedi non tantum in iure, ſed etiam extra ius poteſt.

Quem pœnitet bonis ceſſiſſe, poteſt conſequi bona.

IV. QVIBVS EX CAVSIS IN POSSESSIONEM EATVR. D.

TRes fere cauſæ ſunt ex quibus in poſſeſſionem mitti ſolet: rei ſeruandæ cauſa, item legatorum ſeruandorum gratia, & ventris nomine, damni etiam infecti, ſi non caueatur.

Prætor ait in bona eius, qui iudicio ſiſtēdi cauſa fideiuſſorem dedit, ſi neque poteſtatem ſui faciet, neque deffendetur iri iubeo, Si ergo debitor latitet fraudandi

animo, vel ſi ſolum verterit fit miſſio.

V. De bonis authoritate iudicis possidendis seu vendendis. D. et C.

VÆnire ibi bona oportet, vbi quiſque deffendi debet, id eſt vbi domiciliũ habet.

Diſſeritur in hoc titulo de poſſeſſoribus bonorum, & quatenus teneantur ſi quid depereat ex bonis. Item in quibus caſibus vendi poſſint authoritate iudicis, veluti ſi non expediat pupillo hereditatem parentis retinere, Prætor bona defuncti permittit vænire.

Qui latitat euitandi creditoris cauſa, eius bona poſſidere, vendereque permiſſum, eum verò latitandi morem his verbis notat D. Ambroſius in libro de Tobia. cap. 7. Ille inquit, greſſus debitoris ſingulos numerat, aucupat deflexus, iſte continuo poſt columnas caput obumbrat.

Digitized by Google

VI. De privilegiis credito-rum. D.

IN hoc titulo agitur de priuilegiis creditorum. nam re vendita æquum eſt, vt ex prætio ſatisfiat.

Inter creditores, potiores ſunt illi qui acceperunt pignora, eis qui habent perſonales actiones.

Inter eos qui habent hypothecam, qui prior eſt tempore, potior eſt iure. Inter eos qui habent actiones perſonales, priuilegia æſtimantur ex cauſa.

Inter creditores, qui nullum habent priuilegium occupantis melior eſt conditio. nam vigilantibus iura ſubueniunt.

Primus eſt is, qui in funus defuncti impendit.

Secundo loco eſt mulier, quæ dotem repetit. Præterea pupillus in bonis tutoris priuilegium habet.

Quartus eſt is, qui ob reſtitutionem ædificiorum, aut rem aliam huic non diſſimilem pecuniam credidit.

Quintus eſt is, qui apud argentarium pecuniam depoſuit, nec qui fœneratus

Sexto his annumeratur fiſcus, Poſtremo Ciuitates.

VII. De separationibvs. D. et C.

Separatio permittitur poſtulátibus creditoribus defuncti intra quinquennium ab adita hereditate. agitur in hoc titulo de ſeparatione, quæ conceditur neceſſario heredi Item de illa quæ datur patrono heredi libertæ.

Maxima tamen pars eius eſt, vt ait Cuj. de ſeparatione illa quæ hereditarijs creditoribus tribuitur, ne creditores heredis vendant, etiam bona hereditaria, aut ex venditione eorum bonorum partem aliquam ferant: petitur, vt bona defuncti ſeparentur à bonis heredis. ſeparatio eſt bonorum, & creditorum aliorum ab aliis ſeorſum habita ratio.

VIII. De cvratore bonis dando. D.

Miſſis creditoribus in poſſeſſionem bonis debitoris cuſtodiendis cura-

Digitized by Google

tor dari ſolet, & adminiſtrandis, exercen-dis, & excipiendis actionibus, vice latitã-tis, ac nonnunquam etiam vendendis, & ex redacto ſolutionibus faciẽdis pro modo pecuniæ cuiuſque creditoris. bonis defũcti datur curator, ſi heres inſtitutus ſit ſub conditione.

IX. QVÆ IN FRAVDEM CREDITORVM FACTA SVNT VT RESTITVANTVR. D. & C.

EXemplum edicti ſic proponitur in hoc titulo, quæ fraudationis cauſa geſta erunt, cum eo qui fraudem non ignorauerit de his curatori bonorum, vel ei cui de ea re actionem dari oportebit intra annum quo experiundi poteſtas fuerit, actionem dabo, ait Prætor, idque etiã aduerſus ipſum qui fraudẽ fecerit, ſeruabo. alienata per debitorem in fraudem creditorum excuſſis bonis debitoris reuocantur, ac ſi alienata non eſſent, actione Pauliana à Paulo eius inuentore.

Altera pars edicti eſt in l. 10. hoc titulo, quę Lucius Titius fraudandi cauſa ſciente, te in bonis quibus de ea re agitur, facit ea

illis ſi eo nomine, quo de agitur actionem ex edicto meo competere, eſſeue oportet, ſi ei non plus quam annus eſt, cum de ea re, qua de agitur experiundi poteſtas eſt, reſtituas. Interdum cauſa cognita, & ſi ſcientia non ſit, in factum actionem permittam, fraus non dicitur, niſi euentum habuerit. Denique in hoc tit. improbantur geſta à fraudatore.

LIBER XLIII. TIT. I.

DE INTERDICTIS SIVE EXTRAORDINARIIS ACTIONIBVS, QVAE PRO HIS COMPETVNT. D. ET C.

SVnt autem interdicta formulæ, quibus prætor iubet, aut vetat aliquid fieri. quæ dantur illi, ad quem ea res pertinet, aduerſus eum cum quo ille de poſſeſſione, vel quaſi poſſeſſione, vel iure ſuo, aut publico contendit. eadem dicta recte dixeris: cùm prætor dicat vti nouum opus reſtituatur, id eſt, interdicat interdicto quod vi, aut clam. Fab. lib. 2. poſſeſſionis cauſa interdicta comparata eſſe ait.

Interdicta ex eo appellata ait Iuſtinian,

Digitized by Google

quòd inter duos dicantur. verius dicũtur interlocutiones, quòd interim rogentur ſeu extraordinariis actionibus, quæ pro his competunt, ac præterea non fiunt ſpõſiones, quæ interdictum ſequi ſolebant, vt dato interdicto vnde vi, ſi aduerſarius negaret vim factam, ſponſio fiebat, ni vis facta eſſet, vel ſi diceret ſe reſtituiſſe, ſponſio fiebat, ni reſtitutus non eſſet, qui interdicebat, & ex interdicto ſumebatur iudex. In hoc titulo enumerantur interdicta ſingula, eorumque proponuntur ſummatim exempla. De executione interdictorum eleganter Aggenus Vrbicus lib. 2. de loco. ſi poſſeſſio petenti firma eſt, etiam interdicere licet, dum cætera ex interdicto diligenter agantur, magna enim alea eſt litem ad interdictum deducere, cuius eſt executio perplexiſſima: ſi verò poſſeſſio minus firma eſt, mutata formula, iure Quiritium peti debet proprietas loci. Cicero in Verrem vocat legem annuam, interdictum.

II. QVORVM BONORVM. D. & C.

HVius interdicti verba hæc ſunt, Quorum bonorum ex edicto meo illi

poſſeſſio data eſt, quod de his bonis pro herede, aut pro poſſeſſore poſſides, poſſidereſue, ſi nihil vſucaptum eſſet, quodque dolo malo feciſti vti deſineres poſſidere, id illi reſtituas.

Hoc interdictum non pertinet ad res ſingulas, & eſt adipiſcendæ poſſeſſionis vniuerſorum bonorum.

Hoc interdictum datur heredi, cui data eſt à Prętore bonorum poſſeſſio, vt is poſſideat, hodie in Gallia, *Le mort ſaiſit le vif.*

Hoc interdicto non tenentur debitores hereditarij, ſed tantum corporum poſſeſſores.

III. QVORVM LEGATORVM. D. & C.

SVperius interdictum ad totam hereditatem pertinet, hoc verò ad partem, & eſt adipiſcendæ poſſeſſionis, & continet hanc cauſam, vt quod quiſque legatorũ nomine, non ex voluntate heredis occupauit, id reſtituat heredi, vt ſcilicet adepta poſſeſſione ſibi falcidiam ſeruet per retẽtionem, nec enim erat heredi falcidiæ vindicatio, ſed retentio: ceſſante falcidia, ceſſat hoc interdictum.

IIII. Ne vis fiat ei, qui in poſſessionem miſſus erit. D.

QVod dolo malo factum eſt, quo minus is in poſſeſſionem bonorum veniret id reſtituas, qui dolo facit quo minus quis in poſſeſſione ſit, is interdicto tenetur.

V. De tabulis exhibendis. D. et C.

HOc interdicto tenetur is, qui tabulas teſtamenti ſupprimit, his qui habēt in eis aliquid adſcriptum.

VI. Ne quid in loco sacro fiat. D.

IN loco ſacro facere, inue eum immittere, quid veto, ait Prætor, non tantum ſi quid fiat, quo locus ſacer deterior ſit, ſed etiam ſi quid aliud ex quo damnum ad priuatum redundet, hoc interdictum extenditur ad locum ſanctum.

VII. DE LOCIS, ET ITINERIBVS PVBLICIS. D.

IN hoc titulo eſt veluti petitorum iuris publici cauſa, puta, vt conſtituatur via publica, collatione facta ex agris priuatorum, & eſt populare tempus quod hominum memoriam excedit, facit vt via vicinalis habeatur pro publica.

VIII. NE QVID IN LOCO PVBLICO, VEL ITINERE FIAT. D.

PRætor ait ne quid in loco publico facias, inue eum locum immittas qua ex re, quid illi damni detur, præter quam quod lege, Senatuſconſulto, edicto, decretoue principum tibi conceſſum eſt, de eo quod factum erit interdictum dabo.

IX. DE LOCO PVBLICO FRVENDO. D.

EXemplum interdicti ſic proponitur à Prætore, quo minus loco publico quẽ is cui locãdi ius fuerit qui conduxit, ſocio-

Digitized by Google

ue eius, ex lege locationis frui liceat vim fieri veto. hoc interdictum tuetur vectigalia publica, dum prohibetur quis vim facere ei qui ad fruendum conduxit.

X. De via pvblica, et itinere pvblico reficiendo. D.

PRætor ait quo minus illi viam publicam iterue publicum aperire, reficere liceat, dumue ea via, idue iter deterius fiat, vim fieri veto. Hoc interdicto cauetur, ne vis fiat ei qui viam publicam, iterue publicum reficere velit.

XI. De flvminibvs, ne qvid in flvmine pvblico, ripave eivs fiat, qvo peivs navigetvr. D.

AIt Prætor, ne quid in flumine publico, ripaue eius facias, ne quid in flumine publico, ripaue eius immittas, quo ſtatio iterue nauigio deterius ſit, fiat.

Flumeñ peremne eſt.

Torrens hyeme tantum fluit.

Digitized by Google

XII. NE QVID IN FLVMINE PVBLICO, RIPAVE EIVS FIAT, QVO ALITER AQVA FLVAT, ATQVE VTI PRIORE ÆSTATE FLVXIT. D.

HOc interdicto cauetur ne quid fiat in flumine publico, quo aliter aqua fluat quàm priore æſtate fluxit, & quod factum erit, vt reſtituatur, ſumptibus eius qui fecit, pœna ineſt omnibus interdictis de opere reſtituendo.

XIII. VT IN FLVMINE PVBLICO NAVIGARE LICEAT. D.

PRætor ait, quo minus illi in flumine publico nauem, ratem agere, quoue minus per ripam onerare, exonerare liceat, vim fieri veto. Item vt per lacum, foſſam, ſtagnum publicum nauigare liceat interdicam.

XIV. DE RIPA MVNIENDA. D.

HOc interdicto prohibetur ne vis fiat tuenti, reficienti, munienti ripam fluminis, agrumue qui circa ripam eſt.

XV. De vi, et vi armata. D.

HVius interdicti verba ita concepta ſunt ab Vlpiano, Vnde tu vi illum deieciſti, aut familia tua deiecit, de eoque quod ille tunc ibi habuit, tantummodo intra annum, poſt annum de eo quod ad eum qui vi deiecit peruenerit iudicium dabo.

Deinde ait Vlpianus, hoc interdictum non ad omnem vim pertinet: Verum ad eos, qui de poſſeſſione deijciuntur. ad ſolam autem atrocem vim pertinet hoc interdictum, & ad eos tantum qui de ſolo deijciuntur.

Prius eſt de vi quotidiana;

Poſterius de vi hominibus coactis, armatiſque.

XVI. Vti possidetis. D. et C.

AIt Prætor vti eas ædes, de quibus agitur, nec vi, nec clam, nec precario alter ab altero poſſidetis, quominus ita poſſideatis vim fieri veto. Feſtus ex Ælio Gallo.

Hoc interdictũ datur intra annum, quãti ea res erit, & eſt retinendę poſſeſſionis. nã

cauſa redditur, ne vis fiat ei qui poſſidet. In hoc interdicto non quæritur an iuſta ſit, vel iniuſta poſſeſſio, ſed quis poſſeſſor ſit.

Interdictum hoc eſt prohibitorium ad poſſeſſionem vindicandam, ſeu retinendam.

XVII. De svperficiebvs, vel de svperficiis. D.

AIt Prætor, vti ex lege Locationis, ſiue conductionis ſuperficie qua de agitur, nec vi, nec clam, nec precario alter ab altero fruemini, quominus fruamini vim fieri veto, ſi qua alia actio de ſuperficie poſtulabitur cauſa cognita dabo.

Superficiarius eſt is, qui in alieno ſolò ædificauit, quodquidem à domino conduxit ea lege, vt in eo ædificaret, & ſibi haberet ædificium perpetuum, vel in plures annos ſub annuo ſalario. nam ius habet in re, quod dicitur ius ſuperficiarium.

Appellamus ergo ſuperficiarias ædes quę in cōducto ſolo poſitæ ſunt, quarum proprietas & ciuili, & naturali iure eius eſt, cuius eſt ſolum. Idem, & ſi emit fundum, non tamen vt ſoli dominium tranſeat, ſed

ſola licentia habendi, & tenendi ſuperficiem l. 1. hoc titulo.

XVIII. De itinere actuque privato. D.

EXemplo rerum corporalium, etiam de iuribus, quæ ſunt incorporalia puta de ſeruitutibus interdicitur. nam & hæ quaſi poſſidentur. de ſeruitute dupliciter interdicitur, primum de vſu eius quo itinere, actuque priuato, quo de agitur, vel via hoc anno, nec vi, nec clam, nec precario ab illo vſus es, quominus ita vtaris vim fieri veto. Deinde de itineris refectione, ita quo itinere, actuque hoc anno, non vi, non clam, non precario ab alio vſus es, quominus iter, actumue quod tibi ius eſt, reficias: vim fieri veto. in hoc interdicto probatio iuris requiritur.

XIX. De aqua quotidiana et æstiva. D.

AIt Prætor, vti hoc anno aquam, qua de agitur, nec vi, nec clam, nec pre-

Digitized by Google

cario ab illo duxiſti, quominus ita ducas vim fieri veto. de aqua quæ ex Caſtellis ducitur, quo ex Caſtello ait Prætor illi aquam ducere ab eo, eius rei ius fuit, permiſſum eſt quominus ita vti permiſſum eſt, ducat vim fieri veto, quãdoque de opere faciendo interdictum erit, damni infecti caueri iubebo.

XX. De rivis. D.

PRætor ait riuos, ſpecus, ſepta reficere, purgare aquæ ducendæ cauſa quominus liceat illi, dum ne alter aquam ducat, qua vti priore æſtate, non vi, non clam, non precario à te duxit vim fieri veto.

XXI. De fonte. D.

PRætor ait vti de eo fonte quo de agitur, hoc anno aquam, nec vi, nec clam, nec precario ab illo vſus es, quo minus ita vtaris vim fieri veto. de lacu, puteo, piſcina. Item interdicã, ſecundo, de refectio-

Digitized by Google

ne Prætor ait quominus fontem quo de agitur purges, reficias, vt aquam coercere, vtique ea poſſis, cum aliter vtaris, atque hoc anno non vi, non clam, non precario ab illo vſus es, vim fieri veto. Fons dicitur quòd aquam fundat, Iſidorus 14. Origin. 21.

XXII. De Cloacis. D.

De cloacis, id eſt de locis conclauis, per quæ colluuies fluit, vt ſunt tubi, fiſtulæ, canales.

Duplex interdictum proponitur, Prætor ait quominus illi cloacam, quę ex ædibus eius in tuas pertinet, qua de agitur, purgare, reficere liceat: vim fieri veto. damni infecti, quod operis vitio factum ſit caueri iubebo. alterum edictum eſt, quod in cloaca publica factum, ſiue in ea immiſſum habes, quo vſus eius deterior ſit, fiat reſtituas.

Item ne quid fiat immitaturue interdicam.

Cloaca porro à cluendo dicitur. cloacare eſt inquinare. quis eo non rideat Ethnicos, quod ſimulachro in cloaca reperto

nomen Deæ Cloacinæ impoſuerint. vide Lactantium 1. Inſt. 20.

XXIII. QVOD VI AVT CLAM. D.

QVod vi, inquit Prætor, aut clam factum eſt, qua de re agitur, id cum experiundi poteſtas eſt, reſtituas.

Hoc interdictum datur non modo dominis, ſed iis quorum intereſt, aduerſus eum qui vi, aut clam, quid fecit, fieriue iuſſit. non eſt de poſſeſſione, ſed opere facto. Vi aut clam facit, qui non denunciauit ſe facturũ. vbi autem is, cui denunciatum eſt ne faceret, hæc actio annalis eſt exemplo reliquarum.

XXIIII. DE REMISSIONIBVS D.

AIt Prætor, quod ius ſit illi prohibere, ne ſe inuito fiat, in eo nuntiatio teneat. Cæterum nunciatione remiſſa, faciet, remiſſio facta valet, vbi tenet nunciatio.

Remiſſio eſt abolitio nunciationis operis noui à Prætore facta. nam interdicto quod vi, aut clam non tenetur, qui opus

fecit poſt nunciationem, ſi remiſſionem nunciationis à Prætore impetrauerit. hæc vis enim eſt nunciationis, vt nō ante poſſit vicinus facere nouum opus, quam remiſſionem à Magiſtratu impetrauerit.

XXV. DE PRECARIO. D. & C.

PRecarium eſt quod precibus petenti vtendum conceditur, tandiu, quamdiu is qui conceſſit, patitur. ait Prætor, quod precario ab illo habes, aut dolo malo feciſti, vt deſineres habere, qua de re agitur, id illi reſtituas. habere precario videtur qui poſſeſſionem, vel corporis, vel iuris adeptus eſt. ex hac ſolummodo cauſa quod adhibuit preces, & impetrauit, vt ſibi poſſidere, aut vti liceat, veluti, ſi me rogaueris, vt per fūdum meum ire, vel agere liceat. qui precario poſſidet, nunquam præſcribit, non tam improprie dicitur Cōmodatarius precario poſſidere, cum ſit commodatum, Precario ſimile: & ideo Saluianus, lib. 1 ad Eccleſiam Catholicam, Commodatis, inquit, à Deo facultatibus vtimur, & quaſi precarij poſſeſſores ſumus.

Digitized by Google

XXVI. DE ARBORIBVS CÆDENDIS. D.

AIt Prætor, quæ arbor ex ædibus tuis, in ædes illius impendet, ſi per te ſtat, quominus eam adimas, , tunc quominus eam illi arborem adimere, ſibique habere liceat vim fieri veto. hoc interdictum habet duo Capita, de primo dictum eſt, ſecundum eſt de arbore, quæ ex agro tuo in agrum illius impendet.

Differentia duorum Capitum interdicti hæc eſt, ſiquidem arbor ædibus impendeat, ſuccidi eam pręcipitu:r ſi verò agro impendeat, tantum vſque ad quindecim pedes à terra coerceri.

XXVII. DE GLANDE LEGENDA. D.

AIt Prætor, glandem, quæ illius agro in tuum cadit, quominus illi tertio quoque die legere, auferre liceat, vim fieri veto. glandis nomine omnes fructus continentur.

Digitized by Google

XXVIII. DE LIBERO HOMINE EXHIBENDO. D.

AIt Prætor, quem liberum hominem dolo malo retines, exhibeas. multũ à ſpecie ſeruientium differunt ſerui, quibus non datur facultas recedendi.

XXIX. DE LIBERIS EXHIBENDIS SEV DEDVCENDIS. D.

AIt Prætor, quæue in poteſtate Lucij Titij eſt, ſi is eaue apud te eſt, doloue tuo malo factum eſt quominus apud te eſſet, ita eum, eamue exhibeas. hoc interdictum competit aduerſus eum quem quis exhibere deſiderat eum quem in poteſtate ſua eſſe dicit, vt filium, vel nepotem exhibeas, qui eſt in poteſtate mea, etiamſi bona fide eum retineas, & ne vim mihi facias quominus exhibitum eum ducere poſſim.

Interim Prætor eum qui petitur apud matrem-familias deponi iubet,

XXX. VTROBI. D.

PRætor ait vtrobi hic homo, de quo agitur maiore parte huiuſce anni fuit, quominus is eum ducat, vim fieri veto.

Eſt autem hoc interdictum, non de ſeruo tantum, ſed de omnibus rebus mobilibus, olim ad retinendam, aut vindicandam poſſeſſionem, quam poſſedit actor maiore parte anni, hodie ſicut vti poſſidetis, quod eſt de poſſeſſione rerum immobilium ad retinendam poſſeſſionem, quã habuit redditi interdicti tempore, vel vtribi: Sic Næuius in Terentilla, vtribi cænaturi eſtis, hiccine, an in Triclinio, vel vtrobi, vt Cato pro Luſitanis apud Chariſium. vide Cuiacium 5. Obſeruat. 22.

Hoc ergo intereſt inter hæc duo interdicta, quia hoc de mobilibus, illud de rebus ſoli loquatur.

XXXI. DE MIGRANDO. D.

PRætor ait, ſi is homo quo de agitur, nõ eſt ex ijs rebus de quibus inter te & actorem conueniat, vt quæ in eam habita-

bitationem qua de agitur introducta, importata, ibi nata, factaue eſſent ea pignori tibi pro mercede eius habitationis eſſent, ſiue ex his rebus. Eſt ea merces tibi ſoluta, eoue nomine ſatisfactum eſt, aut per te ſtat quominꝰ ſoluatur, ita quominꝰ ei qui nomine pignoris eum induxit, inde abducere liceat, vim fieri veto. finge à locatore retineri ſeruum pignoris nomine, emigrãte inquilino in aliam habitationem, ſic ei per inquilinum interdicitur oblata penſione ſi qua debeatur, vt quem ſeruum retinet, exhibeat, & ne exhibitum ducenti vim faciat.

XXXII. DE SALVIANO INTERDICTO. D. ET C.

SAluianum interdictum inuentum ſuſpicatur Cujacius à Iuliano conditore edicti perpetui. hoc interdictum nouum eſt de pignoribus, & datur creditori ad adipiſcendam poſſeſſionẽ, datur de rebus coloni natis in agro conducto, vel nominatim pignori obligatis, immo vtiliter, & de rebus cuiuſcumque debitoris pignori

obligatis, l.1.C.de precario.

Differt autem hoc interdictum à ſeruiana actione, quæ pignus quoque perſequitur, in ſeruiana oportet locatorem probare colonum fuiſſe interdictum tempore obligationis.

Interdicto ſufficit, ſi probet ipſum poſſediſſe. Item in ſeruiana debet probare rem fuiſſe in bonis debito s.

Si colonus ancillam in fundum pignoris nomine induxerit, & eam vendiderit quod apud emptorem ex ea natum eſt, eius apprehendendi gratia, vtile interdictum reddi oportet.

LIBER XLIV. TIT. I.

DE EXCEPTIONIBVS, ET PRAESCRIPTIONIBVS ET PRAEIVDICIIS. D. ET C.

AGere etiam is videtur qui exceptione vtitur. nam reus in exceptione actor eſt.

Exceptio dicta eſt quaſi quædam excluſio, quæ opponi actioni cuiuſque rei ſolet ad excludendum id quod in intentionem

condemnationemue deductum eſt.

Replicationes nihil aliud ſunt quàm exceptiones, & à parte actoris veniūt, quæquidem neceſſariæ ſunt, vt exceptiones excludāt. Exceptiones quædam dilatoriȩ, quædam peremptoriæ ſunt. Dilatoria eſt, quȩ differt actionem veluti procuratoris. nam qui negat Procuratorem eſſe, litem non inficiatur, perpetuæ & peremptoriæ ſunt quæ ſemper locum habent & negotium interficiunt, vt doli mali, rei iudicatæ. Præſcriptio ſecundum quoſdam eſt exceptio ex tempore cauſam trahens. Rhetores præſcriptionem, tranſlationem nominant, proprie eſt qua modus, tempus, locus, aliæque circumſtantiæ actionis determinantur, & circumſcribuntur, vt cum reus oſtendit coram alio iudice, aut ab alio actore, aut cum alio, aut non hoc loco, vel tempore eſſe agendum, promiſcue pro exceptionibus ab interpretibus præſcriptiones vſurpantut. exceptio poſſeſſionis eſt præſcriptio longi temporis.

Præiudicia ſunt ſpeciales quædam exceptiones, quibus excluditur actio, hac ratione quod futuræ grauiori actioni prȩiudicium faciat, l. 18. hoc tit. vt fundi quem

tu proprium tuum eſſe dicis, partem à te peto, & volo ſimul iudicio quoque communi diuidundo agere ſub eodem iudice.

Inueniuntur autem in hoc titulo exceptionum definitiones, diuiſiones, exempla, & initia quædam omnium exceptionum. Cujac. ad Nouellam 112.

II. De exceptione rei iudicatæ. D. et C.

Exceptionum omnium præcipua eſt rei iudicatæ, quæ ex eo iure proficiſcitur, quod obtinuit ſemper, ne bis eadem de re agatur, etiamſi ante per iniuriam iudicatum ſit, ſed vt quæratur tantum, an iudicatum ſit.

Cicero pro Cluentio inquit, extremæ impudentiæ eſſe iudicata labefactare conari: & in oratione de lege Agraria ad populum dicta, rerum iudicatarum infirmationes ait ciuitatum afflictarum perditis iam rebus extremos exitiorum ſolere eſſe exitus.

Idem pro Flacco, oſtendit olim Præſides de rebus iudicatis denegare actiones conſueuiſſe. Iulianus reſpondit exceptionem

Digitized by Google

rei iudicatæ obſtare, quoties eadem quæſtio inter eaſdem perſonas reuocatur.

III. DE DIVERSIS ET TEMPORALIBVS PRAESCRIPTIONIBVS, ET DE ACCESSIONIBVS POSSESSIONVM. D. ET C.

PRæſcriptiones temporales variæ, & diuerſæ ſunt, quæ excludunt agentem, quia debito tempore non egit.

Dies vtiles quibus experiundi iuris eſt poteſtas, ſunt & ſeſſionum dies, quibus Prætor pro tribunali ſedet. Cujacius lib. 2. Obſeru. cap. 18.

Tam autem ſunt varia tempora actionum vt enumerari vix poſſint de acceſſionibus etiam temporum, veluti an accedere tuum tẽpus meo poſſit, qui in rem, vel in ius ſucceſſi, tam varia & multiplex eſt quæſtio, inquit Cuj. vt de ea abſolute definiri nihil poſſit.

IV. DE DOLI MALI, ET METVS EXCEPTIONE. D.

DOlo facit qui petit quod qualibet exceptione excludi poteſt. huic ex-

Digitized by Google

ceptioni locus eſt cum fraus actoris argui poteſt. Actio de dolo famam violat, & finitur tempore, ſed hæc perpetuo competit: doli ſcripta eſt in perſonam, metus ſcripta in rem, ſi in eadem re nihil metus cauſa factum eſt.

V. QVARVM RERVM ACTIO NON DETVR. D.

EXceptiones variæ proponuntur in hoc titulo, non datur actio quæ exceptione eliditur, vt in Macedoniano, & exceptio iuriſiurandi. Iuſiurandum enim vicem rei iudicatæ obtinet. Item ſi quid ſtipuletur onerandæ libertatis cauſa, & exceptio quod in alea geſtum ſit.

VI. DE LITIGIOSIS. D. ET C.

ALia exceptio rei litigioſæ proponitur; nam alienatio, vel pignoratio rei litigioſæ valet, ſed emptori, vel creditori nocet exceptio litigioſi. Litigioſa autem res dicitur non de qua controuertitur extra iudicium per denuntiationem forte, ſed de qua lis mota eſt.

Digitized by Google

Rem de qua controuerſia eſt prohibemur in ſacrum dedicare.

Si quis rem litigioſam ſciens emerit, à quocumque eam deinde petat, exceptione ſubmouetur. alienatio rei litigioſæ valet ex cauſa legati, fideicommiſſi, dotis, ante nuptias donationis, tranſactionis, diuiſionis rerum hereditariarum, & ex alia qualibet cauſa neceſſaria. Imbertus in Enchiridio refert titulum de litigioſis non eſſe in vſu apud Gallos: apud quos quiſque rem litigioſam, & controuerſam emere, & in actoris locum ſubſtitui poteſt, impetratis tamen diplomatibus regijs.

VII. De obligationibvs, et actionibvs.

D. et C.

Obligationes, inquit Cuj. aut ex contractu naſcuntur, aut ex maleficio, aut proprio quodam iure ex varijs cauſarum figuris. Quamplurima proponuntur quæ ſunt communia immani illi numero actionum.

Breuiter hîc enumerantur quædam quæ ex obligationibus naſcuntur, vt origines,

Digitized by Google

& cauſæ: eſt autem obligatio iuris vinculum quo neceſſitate aſtringimur alicuius rei ſoluendæ cauſa, vel ad aliquid dandū, vel faciendum. Inſtituta de obligationibus. actio autem eſt ius perſequendi in iudicio quod alicui debetur. Inſtituta de actionibus. Cætera fuſius explicantur in hoc titulo, quæ facillime intelligi poſſunt.

LIBER XLV. TIT. I.

DE VERBORVM OBLIGATIONIBVS. D.

EST autem verborum obligatio, verborum conceptio, quæ ex interrogatione præcedente, & reſponſione ſequente contrahitur, cum quid dari fieriue nobis ſtipulamur, quæ & ſtipulatio dicta eſt, exinde quod ſtipulum apud veteres firmum appellabatur, forte à ſtipite deſcendens, qua in ſententia eſt Varro lib. 4. de lingua Latina.

Stipulationum quædam in dando, quędam in faciendo conſiſtunt. ſtipulationū aliæ iudiciales ſunt, alię conuentionales,

Digitized by Google

aliæ communes, tam prætoriæ, quam iudiciales. ſtipulatio fit inter præſentes, & debet eſſe continuus actus, tam ſtipulantis, quam promittentis. ex ſtipulatione oriuntur condictio certi, & cõdictio incerti. ſtipulatio fit pure in diem, & ſub conditione.

II. DE DVOBVS REIS CONSTITVENDIS. D. & C.

DVo rei, ſuntduo debitores obligati inſolidum ſinguli, vel duo creditores, quibus ſingulis ſolidũ debetur. Reus à re dicitur: hinc Cicero pro Plancio, De re inquit, reoque dixerunt, & de ſupplicijs à re, hoc eſt à firmitate.
Virgilius lib. 5. Æneidos.

Voti reus extaque falſos.

Ideo recte dicimus reum ſtipulandi, reũ debendi. qui ſtipulatur reus ſtipulandi dicitur: qui promittit, reus promittendi habetur, vt ait Modeſtinus, lib. 2. regular.

Digitized by Google

III. De stipvlatione servorvm D.

STipulatio ſeruorum proprium titulum requirebat, vt intelligeremus, quo modo obligatio per illos nobis acquiratur.

Seruus ex perſona domini ius habet ſtipulandi, & quidquid ſtipulatur domino acquiritur, ſi mortuus ſit dominus hæreditati, ſi ſit ſeruus communis, vnicuique dominorum, habita ratione dominij, quod quiſque habet in illo.

LIB. XLVI. TIT. IIII.

I. De fideivssoribvs, et mandatoribvs. D. & C.

FIdeiuſſor eſt non qui nomine debitoris, ſed qui pro debitore ſuo nomine ſtipulanti promittit, & pro principali debitore ſe obligat, quem ſponſorem, & appromiſſorem Cicero appellat. Fideiuſſores habent beneficium, vt prius conue-

niatur principalis quàm ipſi.

Mandator præcedit obligationem, & is dicitur, cuius mandatu contrahitur.

Mandator, inquit Cuiacius, is eſt, qui fideiuſſorem fideiubere, vel creditorem alij credere rogat, & conſenſu nudo conſtituitur.

II. De novationibvs, et obligationibvs. D. & C.

NOuatio eſt prioris debiti in aliam obligationem, vel ciuilem, vel naturalem transfuſio, atque tranſlatio, hoc eſt cum ex præcedēti cauſa ita noua conſtituitur, vt prior perimatur. Nouatio enim à nouo nomen accepit, & à noua obligatione.

Omnes res tranſire poſſunt in nouationem generaliter, nouatio fit interueniente noua perſona.

Delegare autem eſt vice ſua alium dare reum creditori, vel cui creditor iuſſerit; fit autem delegatio, vel per ſtipulationem, vel per litis conteſtationem. l. delegare. hoc titulo.

Digitized by Google

III. De Solvtionibvs, et liberationibvs. D. & C.

Solutio late accipitur pro qualibet liberatione, propriè autem pro eius rei quæ debetur exſolutione.

De ſolutionibus, & liberationibus, id eſt de naturalibus præſtationibus eorum quæ debentur, & de liberationibus, quæ ex eis ſolutionibus debitori contingunt: agitur tamen in his titulis, de aliis ſolutionibus, vt de confuſione, & compenſatione, ſolutione eius quod debetur tollitur omnis obligatio, ſiue principalis, ſiue acceſſoria, ſiue fiat ſolutio à principali debitore, ſiue ab alio inuito debitore.

Quoties quis debitor ex pluribus cauſis vnum debitum ſoluit in arbitrio ſoluentis eſt dicere quod potius debitum voluerit ſolutum. Nam ſolutio ſemper fit in duriorem cauſam, vt inquiunt Iuriſconſulti.

Digitized by Google

IIII. De Acceptilationibvs. D. & C.

Acceptilatio eſt liberatio per mutuã interrogationem, qua vtriuſq; contingit ab eodem nexu abſolutio.

Acceptilatio, inquit Iuſtinianus, eſt imaginaria ſolutio, tollit enim obligationem. nam creditor ſe acceptum habere dicit quod debetur. Id ſolũ acceptilatione ſublatum eſt, quod apparet.

Stipulatio Aquiliana fit quando omnes obligationes in ſtipulationem deducuntur, & per acceptilationem tolluntur. Nam ſtipulatio Aquiliana renouat omnes obligationes, & à Gallo Aquilio compoſita, & inuenta eſt.

V. De Stipvlationibvs Prætoriis. D.

Stipulationes prætoriæ ſunt quæ edicto interponi iubentur, & quæ ex eodem edicto certam formam habent, cui nihil addi, vel detrahi, vel immutari poteſt; habent eæ multa præcipua, vt per

procuratorem ex eis domino adquiratur vtilis actio. Vt electio ſit ſtipulatoris ſi diſiunctim ſtipuletur, verbi gratia opus reſtitui, vel quanti ea res eſt dari. vide Cuiacium in hunc titulum.

VI. Rem pupilli, vel adoleſcentis salvam fore. D.

EArum tantum ſtipulationum titulos proponit, de quibus nihil vllo proprio loco actum eſt ante. Prima eſt de tutela, vel curatione, quæ ex forma edicti interponitur, ſi tutor ſit, vel curator legitimus, vel etiam datus ſine inquiſitione. nam teſtamentarius, vel datus ex inquiſitione rem ſaluam fore non promittit, niſi ſolus tutelam, aut curationem adminiſtrare velit. Hæc actio datur pupillo adoleſcenti furioſo, aliis huiuſmodi perſonis contra tutorem, & curatorem. Item contra fideiuſſores eorum.

VII. Iudicatum solvi. D.

ALtera eſt iudicatum ſolui, cuius formulam edidi alias, inquit Cuiacius,

quàm ex edicto Prætoris de re, aut lite, antequam ea conteſtetur in caſum quo ſcilicet ea res iudicetur, vel non deffendatur, ſtipulatur actor à reo, vel defenſor eius. Cicero pro Quintio, Vt res facto iudicio parata ſit iudicatum ſolui ſatiſdari. Cuiacius 10. Obſeruat. 29.

VIII. RATAM REM HABERI, ET DE RATI HABITIONE. D.

TErtia eſt ſtipulatio de rato, quam de procuratore actoris ſtipulatur reus ante litem conteſtatam, ſed & de tutore & curatore, ex edicti verbis, licèt vulgo obſeruetur, nec ab his deſideratur ſtipulatio de rato, & hæc de rato. Ita fere concipitur quod nomine Lucij Titij à me fundus ille petitur amplius eo nomine neminem petiturum, cuius actio, petitio, perſecutio ſit, & ratum Lucium Titium habiturum, hæredemve eius, aut eum ad quẽ ea res qua de agitur pertinebit, quodcumque mecum agetur, aut quanti ea res erit, tantam pecuniam dari ſpondes.

Ratihabitio, quoniam de eius defini-

Digitized by Google

tione etiam hoc titulo agitur, & quando, aut quo modo ratum habere dominum oporteat, eſt approbatio eius quod cum eo geſtum eſt, qui egit procuratorio nomine, huic contraria eſt retractatio. Hac actione actoris, & rei procuratores mandato deſtituti cauent dominos rem ratam habituros.

LIB. XLVII. TIT. I.

I. De privatis delictis. D.

HOc titulo proponit de priuatis delictis generales regulas, vt quæ ex eis naſcuntur pœnales actiones hæredes non teneant, & vt non conſumat alia, aliam ſi plura delicta concurrant, & vt de priuatis delictis iure ordinario experiri liceat, vel extra ordinem, veluti de furto actione in duplum, aut quadruplum apud iudicem datum, vel extraordinem apud præfectum vrbi vſque ad exilij pœnam, vt Oroſius 4. ſcribit, Leges furtum multa pecuniæ coërcere, & recte in titulo de delictis, non de criminibus. Nam delicta

propriè ſunt priuata, crimina publica. Priuata quidem dicuntur quod priui, id eſt ſinguli, non omnes de hoc crimine accuſant, vt animaduertit Duarenus in hunc titulum.

II. De fvrtis D. & C. de fvrtis et servo corrvpto.

ESt autem furtum interuerſio poſſeſſionis rei mobilis, vel eſt contrectatio rei alienæ inuito domino. Duplex furti actio, nec manifeſti ciuilis in duplum manifeſti. Honoraria in quadruplum, vtraque perpetua, quæ tamen deſierunt eſſe in vſu, propterea quod de furto hodie plerumque agitur extraordinem, non ſunt etiam in vſu actiones furti concepti, oblati, prohibiti, non exhibiti, quæ fuerunt olim in triplum, ergo nec actio ope, conſilio in duplum.

Titulus eſt generalis, qui non ſine cauſa ſequitur vicinitatem de ſeruo corrupto. Nam fuga ſeruorum ſpecies furti eſſe intelligitur, itaque vitia hæc duo coniuncta, & proxima ſunt, & propria ſeruorum, probra, fuga, & furtum. Martialis,

Digitized by Google

A pedibus didicere manus peccare proteruæ,
Non miror furem qui fugitiuus erat.

Et inde in venditionibus ſeruorum cautiones illę, fugitiuum non eſſe, furem non eſſe. Et eleganter D. Hieronymus in Epiſtola ad Titum, cum audiente viro apprime graui, laudaretur iudex quidā quod fur nō eſſet, refert illum dixiſſe, Laudas optimum ſeruū, ſi nec fugitiuus eſt, quod ſcilicet liberum hominē florere oporteat laudibus longè maioribus, quàm quibus ſerui collaudantur, & longiſſimè abeſſe à vitiis ſeruilibus, & videtur id S. Hieronym. ſumpſiſſe ex Apollonio Philoſtrati, apud quem Iarcas Rex Indorum, dari perquam ineptè laudem magiſtratibus, eandem quam venalitiarij dant venalibus ſuis, quod fures non ſint.

III. De tigno iuncto. D.

ESt & alia actio furti ſpecialis, de tigno furtiuo iuncto ædibus, aut vineæ. ciuilis actio in duplum, in non furem datur in duplum, qui bona fide tignum iunxit, & in legibus XII. tabularum ſcriptum arbitror tignum iunctum ædibus.

Digitized by Google

Tigni autem appellatione continetur omnis materia ex qua ædificium conſtet, vineæque neceſſaria, vnde quidam aiunt tegulam, lapidem, & teſtam, cæteraque, ſi qua ædificiis ſunt vtilia. Tigna enim à tegendo dicta ſunt, hoc amplius calcem, & arenam tignorum appellatione contineri ait Vlpianus lib. 37. ad edictum. Vineæve concaptum, ne ſoluito vel potius concapes, vt emendat doctiſſimus Scaliger, à quo pudet diſſentire, inquit Cuiacius. Turnebus legit vineæque Capula, quia non tantum ædificiis iungitur, ſed & vineis, quando habet caput ſuum cum capite vineæ commiſſum. caput vineæ, eſt radix ipſa.

IIII. SI QVIS IN TESTAMENTO LIBER ESSE IVSSVS ERIT POST MORTEM DOMINI ANTE ADITAM HÆREDITATEM SVBRIPVISSE, AVT CORRVPISSE QVID DICETVR. D.

Hæc actio prodita eſt in eũ cui libertas teſtamento relicta eſt, ſi hæreditate

iacente dolo malo ſubripuerit aliquid. Itemque alia ad exemplum legis Aquiliæ, ſi quid ex hæreditate dolo malo corruperit in duplum.

V. FVRTI ADVERSVS NAVTAS, CAVPONES, STABVLARIOS. D.

SEquitur etiam alia iure Prætorio comparata ad ſimilitudinem actionis furti Ciuilis in duplum, & perpetua in eum qui furtum non fecit: nautam ſcilicet, vel cauponem, vel ſtabularium, ſi modo eorum aliquis fecit, quorum opera nauem, aut cauponam, aut ſtabulum exercet. Cujac.

VI. SI FAMILIA FVRTVM FECISSE DICATVR. D.

BEneficium quoque huius edicti pertinet tantum ad familiæ furtum, vt liberetur dominus id præſtando, quod ſi vnus ſeruus furtum feciſſet, præſtandum foret duplum puta vel quadruplum. Familia cœtus eſt ſeruorum vni domino ſubiectorum.

Digitized by Google

VII. Arborvm fvrtim cæsarvm. D.

IN hoc titulo proponitur ad ſimilitudinem furti actio ciuilis ex XII. tabul. hodie redacta in duplum aduerſum eum qui furtim, id eſt clam arbores cecidit, licet earum arborum furtum non fecerit, cum qua communis eſt actio legis Aquiliæ, ſed illa eſt grauior. Cædere eſt non ſolum ſuccidere, ſed etiam ferire cædendi cauſa: ſciẽdum eſt autem eos qui arbores, & maxime vites ceciderint, etiam tanquam latrones puniri. Nouella 134. conſtat capitale eſſe vites cædere Harmenopulus 6. tit. 7. ei qui abſque iuris authoritate litis cauſa. vitem, aut aliam quamuis arborem inciderit, manum amputari: arborum nomine ſalix, & hedera continentur.

VIII. Vi bonorvm raptorvm, et de tvrba. D. et C.

Digitized by Google

HVius edicti tres ſunt partes, vna eſt de damno dato dolo malo hominibus coactis, altera de bonis raptis, tertia de damno dolo malo dato, & de amiſſo in turba. ex prima & ſecunda eſt actio mixta in quadruplum, ex tertia in duplum.

IX. De incendio, rvina, navfragio rate nave expvgnata. D.

HOc edictum non eſt neceſſarium in raptorem, cum ſufficiat ſuperius, ſed eſt etiam in quadruplum. actio ex hoc edicto in eum qui ex his cauſis abſtulit, vel amouit rem aliquam, vel qui recepit dolo malo, vel damnum dedit, & de incendio, ruina, id eſt de his, qui ex incendio, vel ruina, vel naufragio, vel naue, aut rate expugnata rapuiſſe, vel per has cauſas damnum dediſſe dicuntur, quod Labeo trahit ad domum, & villam expugnatam.

X. De inivriis, et famosis libellis. D. & C.

ACtio iniuriarum, vt eleganter Valentinianus ait in Nouell. de liber-

Digitized by Google

tis, agit cauſam doloris eodem modo quo eam M. Tullius dolorem iudicio pœnaq; mitigare, & ob id ſuperiores actiones heredi dantur, ſed non hæc de iniurijs. eſt autem de iniurijs publicum iudicium ex lege Cornelia, quod pulſatus, aut verberatus, quis aut domus eius vi introita ſit hodie, etiam priuatum ex conſtitutionibus, & ex edicto Prætoris generali etiam priuatum, quanti iudex iniuriam æſtimarit. De famoſis libellis publicum ex Senatuſconſulto, & omnia, vt arbitror, annalia. hæc actio facillime tollitur veluti diſſimulatione, id eſt ſi conteſtatus non ſit illico, is cui iniuria facta eſt ſe eam accipere & reuocare ad animum. at non tantum ciuiliter de iniurijs agi poteſt, ſed etiam criminaliter, & tamen vtraque via vti non licet. eſt enim publica accuſatio, ſi iniuria facta ſit ſacerdoti, dum ſacra facit, videtur, & de iniuria facta illuſtribus viris publica accuſatio eſſe. Saluianus 8. Deum incurioſum, & negligentem vocas, ſi quemlibet ingenuorum dominum hac contumelia læderes, iniuriarum inſolentium reus eſſes, certe ſi illuſtriorem quēpiam, aut ſublimiorē etiam cenſuram iuris publici ſuſtineres.

Iniuriam patimur, aut in corpus, aut extra corpus: in corpus verberibus, & illatione ſtupri: extra corpus conuitijs, & famoſis libellis; quod ex effectu vniuscuiusque patientis, & facientis æſtimatur. Paul. recep. ſentent. lib. 5. cap. 4. de iniurijs.

Vel iniuria, aut fit in corpus, aut extra corpus. In corpus veluti verberibus, extra corpus veluti conuicijs, vel famoſis libellis conuitijs, vt ſi ſycophantam dixerit famoſis libellis, ſi quid ſcripſerit, quod pertineat ad iniuriam alterius, de qua eſt publica accuſatio ex S. C non tantum in authorem libelli famoſi, ſed etiam in eum qui inuenit, nec combuſſit, ſed euulgauit, quia ipſe author præſumitur eſſe libelli, qui eum ſparſit in vulgus non prodito authore.

XI. De extraordinariis criminibvs. D.

HIc generalis titulus de extraordinarijs criminibus, tam ea crimina proprie complectitur, quæ proprie extraordinaria ſunt, id eſt quæ nunquam ordinaria fuerunt, quàm quæ mixta ſunt, id eſt ordinaria, & extraordinaria pro actoris arbitrio.

bitrio. Nam ſi velit quis agere ſorte furti in duplum, nõ prohibetur, & hæc via forte expeditior, quia res agitur citra ſolẽnẽ ordinem iuris, & legum. Cujac. hîc., & 8. Obſeruat. 33.

XII. De sepulchro violato. D. & C.

De Sepulchro quoque violato nunc extra ordinem agi non eſt dubium qua de re fuit, & eſt etiam nunc, ſi quis hanc malit actio priuata his quorum intereſt, in id quod iudici æquum videbitur, dum tamen non minoris condemnet iudex, quam in aureos C. Sepulcro violato vel C, C. Sepulchro inhabitato, aut inædificato. Infames ſunt, qui ſepulchrum violant maleficiis, adfines ſunt ſepulchrorum violatores, læſarum religionum rei, vt ait l. 1. & Cornelius Tacitus 3. Graue crimen læſarum religionum. nam & magi infames ſunt ſepulchrorum violatione. Appul. 2. ne mortuorum quidem ſepulchra tuta eſſe dicuntur, ſed & buſtis, & rogis reliquiæ quædam, & cadauerum præſegmina ad exitiabiles viuentium fortunas petuntur, crimen eſt publicum ex l. 4. & Ciuilis actio, popularis ex edicto Præ-

Digitized by Google

toris,& vtriuſque pœna pecuniaria criminalis xx. pondo auri. ſepulchra hoſtium religioſa nobis non ſunt, ideoque lapides inde ſublatos, in quemlibet vſum conuertere poſſumus, non ſepulchri violati actio competit.

XIII. De concvssione. D.

DE Concuſſione autem, id eſt de terrore iniecto pecuniæ, vel rei alicuius extorquendæ cauſa, eſt priuata actio ex edicto de calumniatoribus, & ex hoc titulo extraordinarium crimen, & quibuſdam caſibus publicum, vt declarat l. 2. Si ſimulato Præſidis iuſſu concuſſio interuenit, ablatum eiuſmodi terrore, reſtitui præſes prouinciæ iubet, & coercet, inquit Vlpian. lib. 5. Opinionum.

XIV. De abigeis. D. & C.

SEquitur crimen extraordinarium abigeatus, in latrones pecorum, quod cõſtitutio huius tituli ait intendi modò cum inſcriptione, vt ſi grex ouium abductus ſit, modo ſine inſcriptione, hoc eſt ciuiliter tanquam in fures, vt ſi vna tãtum ouis abducta ſit. nam ob rem modicam criminaliter agi non poteſt. Abigeatus crimen publici iudicii non eſt, quia furtum magis

eſt, ſed quia plerumque Abigei, & ferro vtuntur ſi deprehendantur. Ideo grauiter eos puniri admiſſum ſolet, vt ait Mac. lib. 1. publicorum iudiciorum, & placet quod de his puniẽdis l. 1. Adrian. reſcripſiſſe cõſilio Bœticæ: erãt enim Hiſpani olim maximi abigei, adeo vt Iberos Poëta dicẽs intelligat Abigeos, & leuius cœrcentur, qui ex ſtabulo abigunt, quam qui ex ſylua, vel grege, durius enim ſtatuitur in eos quibus patet maior furãdi copia. Iuſtinus de Scytis, nullum ſcelus apud eos furto grauius, quippe ſine tecto, munimentoque pecora, & armenta habentibus, quid ſaluum eſſet ſi furari liceret?

XV. De prævaricatione. D.

PRæuaricatio eſt colluſio accuſatoris vel nuntiatoris cum reo, vt abſoluatur publicum crimen in accuſatorem, qui iudicio publico non ex animo egit, extraordinarium in aduocatum, qui prodidit cauſam aduerſario, quæ proditio veluti præuaricatio eſt, ſed & in accuſatorem frequentius, hodie extraordinarium. Plin. de aduocato, Præuaricatio eſt tranſire dicenda, vel curſim, & breuiter attingere, quæ

ſint inculcanda, infigenda, repetenda.

Vel præuaricator opponitur vero accuſatori. eſt enim præuaricator is qui dum fingit ſe accuſare, id agit potius, vt reus abſoluatur, vel præuaricator eſt accuſator, qui in iudicio publico abſolutioni incumbit, non damnationi, quaſi varicator à varia certatione, vt Cicero ait, quod in contrariis cauſis quaſi variè poſitus eſſe videatur. Feſtus à prætergrediendo, cui conuenienter Critici præuaricat, diuaricat, varicat & fuit. Illius pœna legitima, & certa, nō arbitraria. S.C. refertur à Cornelio Tacito, quo qui talem præuaricatoris operam emptitarit, vendideritve id qui accuſatorem pecuniæ corruperit, corrumpereve paſſus fuerit, perinde pœna tenetur, ac ſi publico iudicio calumniæ condemnatus, id eſt talione. l. penultima de præuaricatoribus, & ex edicto infamia.

XVI. DE IIS QVI LATRONES, VEL ALIIS CRIMINIBVS REOS OCCVLTAVERINT. C. DE RECEPTATORIBVS. D.

LAtronum occultator, & receptator extra ordinem coërcetur, ſed & priuata actione, ex titulo de incendio, ruina, &

naufragio, & receptator ſeruorum fugitiuorum, ex titulo de ſeruo corrupto, & de fugitiuis, & ex conſtitutionibus. porrigitur etiam pœna extraordinaria ad eos qui aliorum criminum reos recipiunt dolo malo.

In omnibus cauſis, præterquam in ſanguine, qui delatorem corrupit ex Senatuſconſulto pro victo habetur, vt ait Vlpian. lib. 4. de cenſibus. Quintilianus declam. 255. proximos exiſtimo eſſe eos transfugis, à quibus transfugæ recipiuntur. hoc natura ſimile eſt facere ſcelus, & probare.

XVII. DE FVRIBVS BALNEARIIS. D.

QVod dixit tit. 1. 2. 11. 12. Furtum coërceri extra ordinem, hoc hic titulus veriſſimum eſſe comprobat, qui etſi conceptus ſit de furibus balnearijs, Idem tamen cenſet de furibus nocturnis qui dormitatores ſunt Comico, diurni ſcilicet, qui non coercentur extra ordinem. Balnearij ſunt veſtimentorum fures. Balnearij fures lauantium prædones à Tertulliano in Apollogetico vocantur, fures ſunt Balnearum. Paulus l. 5. ſentent. §. 5. & ibi Cuj.

XVIII. DE EFFRACTORIBVS, ET EXPILATORIBVS. D.

FVribus adiunguntur effractores, id eſt qui effringunt fores carcerum, vel domorum, qui perfodiunt parietes alienarum ædium, verticularij, & expilatores, id eſt prædones, qui ædes, aut villas alienas expugnant, qui atrociores fures ſunt, vel pluſquam fures, & puniuntur extra ordinem: etiam his adiunguntur ſacculärij, qui ex ſacculis alienis ſuppilant malis artibus pecunias, detectarij, & confectores cardinum, quibus nihil eſt tam obſeratum, & obſignatum quod non aperiant.

Inter effractores variè animaduertitur, atrociores enim ſunt nocturni effractores, & ideo hi fuſtibus cæſi, in metallum dari ſolent: diurni verò effractores poſt fuſtium caſtigationem, in opus perpetuũ, vel temporarium dandi ſunt, vt ait Vlpia. l. vlt. eodem.

XIX. EXPILATÆ HEREDITATIS. D. & C.

EXpilatoribus ſtatim adiungit ſpeciale crimen expilatæ hereditatis, quod iudicio furti ſubditur ſuccidaneũ, propter-

ea quod hereditati furtum non fit, hereditas enim hîc eſt, quæ nondum adita, vel poſſeſſa eſt, nec puto ex hoc crimine aliud eſſe iudicium priuatum, aliud publicum. Si quis alienam hereditatem expilauerit, extra ordinem ſolet coerceri per accuſationem expilatæ hereditatis. ſicut & oratione Diui Marci cauetur expilatores qui, vt ita loquamur, ne pilum quidem homini relinquunt, qui ædes alienas, & villas expilant. Paul. 5. Sent. 3. §. 3.

XX. De crimine stellionatvs. C. et stellionatvs. D.

STellio lacerti genus eſt verſutiſſimum, à quo ſtellionatum dicimus imposturam, & dolum omnem quiſcumque proprio nomine vacat. crimina alia proprium nomen habent, alia vacant nomine. ſubijcere aliud pro alio eſt imposturam facere, Trebellius Pollio in Galienis, cùm quidam gemmas vitreas vendidiſſet pro veris, ſubripi quaſi ad leonem iuſſit, deinde cauea emiſit caponem, & iuſſit per præconem edici, imposturam fecit, & paſſus eſt. nemo autem eſt qui neſciat tranſlatum hoc eſſe nomen à lacerto quodam ad homi-

Digitized by Google

nem vaſrum, & decipiendi peritum, vt apud Apuleium Venus irata Cupidinẽ ſtellionem vocat, quo plerique capiuntur omnes, ſtellionator Cypriano implanator.

Stellio eſt lacertus ſtellulis diſtinctus 30. Plin. 10. qui per parietem repit. Cuja. 10. Obſeruat. 26. pœna autem ſtellionatus nulla legitima eſt, cum nec legitimum crimen ſit, ſolet autem ex hoc extra ordinem plecti, dummodo non debeat opus metalli hæc pœna in plebeis egredi. In his autem qui ſunt in aliquo honore poſiti, ad tempus relegatio, vel ab ordine motio remittenda eſt. Vlpian. l. 3. hoc titul. D.

XXI. De termino moto. D.

SEquitur terminorum, qui finium cauſa poſiti ſunt auulſorum crimen extraordinarium inuaſioni, aut furto proximũ, cum quo concurrit etiam popularis actio ex l. Iulia, ſi dolo malo motus: terminus ſit extra ſuum gradum, id eſt extra quinque pedes l. Manilia definitos. Dion. Halicar. lib. 2. antiqut. ſcribit lapides finales, Ioui Terminali cõſecratos fuiſſe à Numa Põp. conſtitutum ab eodem, vt quiſquis eos occuluiſſet, aut alio tranſtuliſſet, tanquam

ſacrilegus impune à quouis occideretur, ad quem ritum alluſiſſe videtur Iuuenalis hoc verſu,

Aut ſacrum effodit medio de limite ſaxum.
Virg. 12. Æneid.
Limes erat poſitus litem vt diſcerneret agri.
& licet ex legibus Agrarijs olim varia pœna imponeretur, hodie tamen modum pœnæ ex conditione perſonæ, & mente facientis ſtatui oportet: ſplendidiores in tempus relegantur, alii ad opus biennio dantur. l. 2. hoc tit. D.

XXII. De collegiis et corporibvs. D.

EST etiam crimen extraordinarium in eos qui illicitum collegium, vel quodcumque tale corpus celebrant, id eſt ſine authoritate Senatus, vel Principis, & collegium diſſoluitur ex S. C. mandatiſque Principum. l, 3. Tert. de Ieiun. in. C. in 5. niſi forte in principum mandata coitionibus oppoſita delinquimus, quiſquis illicitum collegium vſurpauerit, ea pœna tenetur, qua tenentur qui hominibus armatis loca publica, vel templa occupaſſe iudicati ſunt. l. 2. hoc tit. D.

Publica iudicia ſunt, quæ ex legibus publicorum iudiciorum veniunt, vt Iulia maieſtatis, Iulia de adulteriis, Cornelia de ſiccariis, & veneficiis, & alia publicorū iudiciorum, quædam capitalia ſunt, quædam non capitalia. Capitalia ſunt ex quibus pœna, mors, aut exilium eſt, hoc eſt aquæ, & ignis interdictio. per has pœnas caput eximitur de ciuitate: non capitalia ſunt, ex quibus pecuniaria, aut in corpus aliqua coercitio, pœna eſt.

II. De accvsatoribvs, et inscriptionibvs. D. & C.

Accuſatio eſt criminalis iudicii perſecutio, ſiue publici, ſiue extraordinarii, vel delatio criminis publici, aut extraordinarii inſcriptio, vel ſubſcriptio eſt accuſatoris libellus, quo profitetur ſe reum deferre l. Iulia de vi. qui autem accuſare, vel accuſari poſſunt, vel non, hoc titulo potiſſimum declaratur. Vide Cujacium in hunc titulum, & Duarenum.

Digitized by Google

III. De exhibendis, vel transmittendis reis C. de cuſtodia reorum. C. et de cuſtodia et exhibitione reorum. D.

REi poſtquam delati ſunt, vel in vincula, & carcerem coniiciuntur, vel militibus dantur cuſtodiendi, vel fideiuſſoribus qui caueant de his ſiſtendis, exhibendiſque, qua de re hoc titulo agitur. D. Auguſt. in Ioannem. Receptiones, inquit, in cuſtodiam pro meritis cauſarum adhibentur, alios iubentur cuſtodire lictores, humano, & miti officio, atque ciuili. alii traduntur optionibus, alii mittuntur in carcerem, & in ipſo carcere non omnes, ſed pro meritis cauſarum in ima carceris detruduntur, & optiones videtur vocare carceribus præpoſitos. l. 7. de bonis damnatorum.

IV. Ad legem Iuliam maieſtatis. D. et C.

EXpoſito ordine inſtituẽdorũ iudiciorũ publicorũ, nunc incipit per ſingulas

ſpecies de quæſt.& pœna eorum legitima causiſque tractare,ac primum de læſa maieſtate , & crimine perduellionis. Spartianus in Caracalla,damnati ſunt eo tempore, qui vrinam in eo loco fecerunt,in quo ſtatuæ , aut imagines erant Principis , & qui coronas imaginibus detraxerunt , vt alios ponerent , Iulia à Iulio Cæſare primum Conſule lata , cuius hîc fit mentio. Vide Tacitum. 1. ann.

Maieſtas dicitur amplitudo , & dignitas populi Romani,à magnitudine ſic dicta.

Læſæ maieſtatis pars eſt,& quidem grauior perduellio, id eſt rebellio ſumptis armis aduerſus patriam , aut principem , quod & tyrannidis , & impietatis crimen dicitur, nec finitur morte, cætera crimina violatę publicæ maieſtatis finiũtur morte.

Lege Iulia maieſtatis tenetur is , cuius ope , conſilio , aduerſus Imperatorem, vel rempublicam arma mota ſunt,exercituſve eius in inſidias deductus eſt,qui iuſſu Imperatoris bellum geſſerit, delectumve habuerit,exercitum comparauerit, ſollicitauerit, deſeruerit Imperatorem.

His antea in perpetuum , igni & aqua interdicebatur: nunc vero humiliores be-

ſtiis obiiciuntur, vel viui exuruntur, honeſtiores capite puniuntur, quod crimen non ſolum facto, ſed & verbis impiis maxime exercebatur. Paulus Receptarũ ſententiarum lib. 5. Tribonianus in l. 1. C. eodem, ſic immutauit crimen maieſtatis facto, vel violatis ſtatuis, vt imaginibus, maxime exercebatur.

V. AD L. IVLIAM. DE ADVLTERIIS COERCENDIS. D. & C.

DE adulteriis coërcendis, ſæpè & nõnumquam de pudicitia dicitur, & cæteræ perlatæ videntur à Iulio Cæſare, hæc ab Auguſto. Adulterij nomine Auguſtus intellexit ſtuprum, & his adiunxit lenocinij coërcitionem. huius legis crimina finiuntur quinquennio. In ſcorta ſtuprum commiſſum nõ vindicatur. Cornelius Tacitus 2. Viſtilia licentiam ſtupri apud ædiles vulgauerat more inter veteres recepto, qui ſatis pœnarum aduerſum impudicas in ipſa profeſſione flagitij credebant. Iuſtinianus ait gladio puniri adulterum, & Conſtantius etiam, mulier noua Conſti[illegible] verberata includitur

monaſterio, conſtat mortis pœnam non fuiſſe, pœnam relegationis fuiſſe refert Plinius, lib. 7. Epiſt. Tranquillus ſcribit Cæſarem libertum quendam ſuum ob adulteratam equitis Romani vxorem capitali pœna affectum.

VI. Ad legem Iuliam de vi publica. D. & C.

VIs publica propriè eſt, quam contra ius, faſque infert publica perſona, id eſt, qui imperium, vel poteſtatem habet. priuata, quam priuati homines inferunt. Vtraque, lege Iulia iudicio publico coërcetur. Nam ei etiam ad quem ea res pertinet, accuſatio permittitur, quaſi ex communi crimine.

Lege Iulia de vi publica damnatur, qui aliqua poteſtate præditus, ciuem Romanum antea ad populum, nunc ad Imperatorem appellantem necauerit, necariue iuſſerit, torſerit, verberauerit, condemnauerit, in publica vincula duci iuſſerit, cuius rei pœna humiliores capitis, honeſtiores inſulæ deportatione coërcentur. Paulus receptar. ſent. lib. 5. eodem

titulo. Publius Seſtius, & M. Fonteius de vi publica, reus eſt factus, quod puteum vini inſtituiſſet.

VII. Ad legem Iuliam de vi privata. D. & C.

POſtea placuit quicumque vim armatam intuliſſet, eum ſubiicere pœnæ legis Iuliæ, de vi publica, legis autem de vi priuata eum, qui ſine armis vim feciſſet, ſed in electione tamen accuſatoris eſt eũ, qui vim coactis hominibus, armatiſve fecit mitiore, id eſt hoc iudicio, an ſuperiore perſequi malit, an vtroque l. 32. de pœnis. Cuiacius hîc. & l. 32. De Pœnis.

VIII. Ad legem Corneliam de sicariis, et veneficiis. D. et ad legem Corneliam de sicariis. C. de maleficiis, et mathematicis, et caeteris similibus. C.

SEquitur lex Cornelia de ſicariis, quæ homicidia capitali pœna coërcet, lex ait qui hominem occiderit dolo malo, quæ

Digitized by Google

verba comprehendunt occiſorem qualemcumque puberem, vel impuberem, vt alio capite eiuſdem legis qui venenum malum fecerit. M. Tullius pro Cluentio, omnes ait viros, & fœminas, liberos, ſeruos, in iudicium vocari, & occiſum qualemcumque ſeruum & peregrinum, & infantem, & imperfectum hominem, & ait dolo malo, vt excludat caſum fortuitum, vel improuiſum, perinde ac homicida tenetur, qui cum telo hominis occidendi cauſa ambulauit.

Dicuntur autem in ea ſiccarij, homicidæ qualeſcumque, etiamſi non ſicis clandeſtinam cædem fecerint.

Damnantur Laodicenæ Synodi cap. 36. & Caroli magni lege his verbis lib. 6. cap. 72. vt à clericis, vel laïcis Philacteria, vel falſæ inſcaphiones, aut ligaturæ, quæ imprudentes pro febribus, aut aliis peſtibus adiuuare putant, nullomodo fiant, quia magicæ artis inſignia ſunt, quin & ſub Alexandro Seuero legi apud Spartianum damnatos eos qui remedia quartanis, tertianiſque collo annexa geſtarent, & ſub Conſtantio, apud Ammianum Marcellinum XIX. Vaticinatores, qui ſe Deo ple-

nos adſimulant, idcirco ab eodem ciuitate expelli placuit, ne humana credulitate, publici mores ad ſpem alicuius rei corrumperentur: vel certè ex eo populares animi turbarentur, Ideoque primo fuſtibus cæſi, ciuitate pelluntur, perſeuerantes in publica vincula conijciuntur, aut in inſulam deportantur, vel certe relegantur. Paulus eodem titu.

Lex Cornelia pœnam deportationis infligit eis qui hominem occiderint, eiuſve rei cauſa, furtiue faciendi, cum telo fuerint, & qui venenum hominis necandi cauſa habuerint, vendiderint, parauerint, falſum teſtimonium dixerint, quo quis periret, mortiſve cauſas præſtiterint, ob quæ omnia facinora in honeſtiores pœna capitis vindicari placuit: humiliores verò in crucem tolluntur, aut beſtiis, ſubiiciũtur. Paulus recep. ſent. lib. 5. Serenus,

Cautio namq; poteſt diros prauertere morſus
Si iecur exectum tardo de vulnere portes.
Erucis aut ſi totos perduxeris artus.
Quas prius atritas vehementi ſpargis aceto.

Hic titulus eſt de veneficis. Mathematici autem ſunt impoſtores, qui mathematicorũ liberali nomine adumbrantes, ine-

ptias ſuas, profitentur ſe fata cuiuſq; noſſe, & natalitias, ſyderum obſeruationes; his ſimiles arioli, augures, aruſpices, vaticinatores, ſomniorum interpretes falſi, qui omnes ex S. C. ſubiiciuntur pœnis legis Corneliæ. Facto ſcilicet authore Tiberio Pomponio, & Rufo Conſulibus, vt Vlpianus ſcribit 7. de officio Proconſul. Cornelius Tacitus, Statilio Tauro, & Libone Conſulibus.

IX. De lege Pompeia de parricidiis. D. et de iis qui parentes, vel liberos occiderunt. C.

IN quibuſdam libris additur, ad legem Pompeiam. Proprie enim parricidium committitur tantum inter parentes, & liberos, tamen hac lege publico iudicio coercentur, qui parentes, cognatos, adfines, coniuges, patronos occiderint.

Inter ſententias Imperatoris Adriani legi, quæ referunt etiam parricidam inſutum culeo, cum illis animalibus plauſtro iuncto bobus atris in mare deportari, & abiici in profundum. ad hanc pœnam

alludens Iuuenalis ait,

Libera ſi populo dentur ſuffragia, quis tam
Perditus vt dubitet Senecam præferre Neroni,
Cuius ſupplicio non debuit vna parari
Simia, nec ſerpens vnus, nec culeus vnus.

Valde notandum quod Suetonius ſcribit in Auguſto, hoc acerbiſſimo ſupplicio, nec coniunctum, & manifeſti parricidij reum adfici ſolitum, niſi vltro confiteretur. Lege Pompeia de parricidiis tenetur, qui patrem, matrem, auum, auiam, fratrem, ſororem, patronum, patronam occiderit, hi & ſi antea inſuti culeo in mare præcipitabantur, hodie tamen viui exuruntur, vel ad beſtias dantur. Paulus recep. ſent. lib. 5. titu. ad legem Pompeiam de parricidiis. Vt Liuius ſcribit lib. 48. Publius Malleolus matre interempta inſutus culeo in mare præcipitatus eſt. Valerius lib. 1. id ſupplicij genus parricidiis lege irrogatum eſt.

Digitized by Google

X. DE LEGE CORNELIA, DE FALSIS, ET DE SENATVSCONSVLTO LIBONIANO. D. & C.

HÆc publica lex appellatur vulgo Cornelia teſtamentaria, quia de teſtamentis falſis pręcipuè lata eſt in eum, qui ſciens dolo malo teſtamentum ſubripuit, ſuppreſſit, interleuit, ſubiecit, reſignauit, quive falſum teſtamentum ſcripſit, celauit, recitauit: legis Corneliæ pœna eſt deportatio. crimina hæc finiuntur xx. annis.

Hæc lex à Cornelio Sylla aduerſus falſarios lata eſt, l. 2. de origine iuris. Paulus recep. ſent. lib. 4. cap. 7. de lege Cornelia.

Senatuſconſultum Libonianũ ad pœnam legis Corneliæ de falſis, redigit teſtamentarium, qui ſibi ſua manu hæreditatem, aut legatum adſcripſit voluntate teſtatoris.

Falſum Paulus in ſententiis ſcribit eſſe quicquid in veritate non eſt, ſed pro vero adſeueratur. Auguſtinus in Soliloquiis,

Digitized by Google

quidquid ad ſimilitudinem alicuius accommodatum eſt, nec id tamen eſt, cuius ſimile apparet.

Libonianum à Libone, qui tempore Adriani Conſul fuit. Alexander Seuerus, cum quidã falſum cauſæ breuem in Conſilio Imperatorio retuliſſet, inciſis digitorum neruis, ita vt nunquam poſſet ſcribere, deportauit. Lampridius in Alexand.

XI. Ad legem Ivliam repetvndarvm. D. & C.

HAc lege coërcẽtur furta, rapinæ magiſtratuum, vel eorum qui munus aliquod publicum gerunt, pecuniis quas de priuatis hominibus acceperunt repetitis in quadruplum. Cicero ait in diuinatione hanc legem tantũ fuiſſe nationum exterarum, ſociorum, prouincialium. Damnatos interdũ ſequebatur exilium, frequentius damnatio in quadruplum: hoc crimen finitũr vicennio.

Iudices pedanei, ſi pecunia corrupti dicantur, plerumq; à præſide, aut curia ſubmouentur, aut in exilium mittuntur, aut ad tempus relegantur, Paulus recep. ſent. lib. 5.

Digitized by Google

Rectè autem Anianus hoc loco pedaneos interpretatur iudices delegatos, qui ideo pedanei dicuntur, quòd non ſint à tribunalib. vel ſellis curulibus, ſed ab inferioribus ſubſelliis.

Cicero in Bruto. Lucius Piſo Tribunus plebis legem primus de pecuniis repetundis, Cenſorino, & Manilio Conſulibus tulit.

Patercul. lib. 2. Cato repetundarum ex Macedonia damnatus eſt, cum lis eius quatuor mil. æſtimaretur. adeo illi viri magis voluntatem peccandi intuebantur, quàm modum, factaque ad Conſilium dirigebant, & quid, non in quantum admiſſum foret æſtimabant.

Plinius 3. Epiſt. Bœtica etiam in defuncti de repetundis accuſatione perſtabat, prouiſum hoc legibus, intermiſſum tamen, & poſt longam intercapedinem tunc reductum, & Senatui placuit bona defuncti, quæ habuiſſet ante prouinciam à reliquis ſeparari, illa filiæ, hæc ſpoliatis relinqui: additum eſt, vt pecuniæ, quas creditoribus ſoluerat reuocarentur, quod omnino congruit cum dicta lege ex iudiciorum. D. de accuſationibus.

Digitized by Google

Eadem lex venditiones, locationes eius rei cauſa pluris minoriſve factas, irritas facit, impeditque vſucapionem, vt ait Macer. lib. 7. hoc titu. D.

XII. De lege Iulia, de annona. D.

HAc lege tenetur, cuius dolo malo factum eſt, vt arctior annona, id eſt minus abundans annonæ copia, vel carior eſſet. Quod crimen dicitur fraudatæ annonæ. contra annonam non faciunt decuriones, ſi vilius forte nolint vendere ciuibus frumentum, quàm annona exigit. l. 3. pœna huius criminis viginti aureorum ſtatuitur l. 2. D. eod.

XIII. Ad legem Iuliam peculatus, et de sacrilegiis, et de residuis D. et de crimine peculatus. C.

PEculatus eſt furtum pecuniæ publicæ, vel fiſcalis. D. Auguſtinus in Ioannem, Crimina diſcernunt in foro qualicumque furti, & peculatus. Peculatus enim

Digitized by Google

enim dicitur furtum de re publica, & non ſic iudicatur furtum rei priuatæ, quomodo publicæ. Sacrilegium eſt furtum rei, aut pecuniæ ſacræ, ex loco ſacro, vel religioſæ ex religioſo.

Reſiduorum crimen eſt pecuniæ publicæ retentio, quæ apud aliquem ex administratione reſedit, in publicum, non relatæ, & reſiduorum nomine etiam ſumma ſolida ſignificatur.

Huius legis, primum fuit pœna, legis æſtimatio in quadruplum, tum deportatio, deinde vltimum ſupplicium. l. 1. eodem. C.

XIIII. De lege Iulia ambitus. D. & C.

Elegäter Varro, Qui populum inquit, candidatus circuimit, ambit, qui aliter facit ex ambitu cauſam dicit. Nam in toga candida palam magiſtratum ambire licebat, non clam pecunia corruptis ſuffragiis populi, per ſe vel per alium.

Hæc lex in vrbe hodie ceſſat, quia ad curam principis magiſtratuum creatio pertinet, non ad populi fauorem, quod

ſi in municipio contra hanc legem magiſtratum, aut ſacerdotium quis petierit per Senatuſconſultum centum aureis cum infamia punitur, vt ait Modeſtinus l. 1. D. hoc titu. nam petitores honorum, id eſt candidati, ſępenumero ingentem pecuniã conſumebant corrumpendorum ſuffragiorum cauſa, quæ corruptela, & effuſio pecuniarum, ambitus dicitur, & hac lege iudicio publico coërcetur. Traianũ quoque lego apud Plinium 7. Epiſt. eam repreſſiſſe cãdidatis tertiam patrimonij partem in ea quæ ſolo continentur conferre. Coërcetur etiam ambitio in principibus officiorum, & aliis beneficiariis, qui antequam rationes ſuæ adminiſtrationis reddiderint, repetunt officia eadem, atque continuant.

Petiturus magiſtratum, vel prouinciæ ſacerdotium, ſi turbam ſuffragiorum cauſa conduxerit, conuictus vt vis publicæ reus in inſulam deportatur. Paulus recep. ſentent. lib. 5. ad legem Iuliam, ambitus.

Teſtatur Cicero in oratione pro Murena, ſe legem tuliſſe de ambitu. Sed poſtrema omnium fuit lex Iulia, quam hîc Modeſtinus interpretatur.

Pœna huius legis eſt deportatio ex Pauli ſententiis lib. 5. & ex conſtitutione Arcadij perſpici poteſt. C. eo. titu. in addititio capite pœna eſt centum aureorum, quæ fiſco inferri iubetur.

XV. De lege Fabia, de plagiariis. D. & C.

Eſt autem plagium ſuppreſſio liberi hominis, vel ſerui alieni, diuerſum à furto l. 10. C. de furtis. l. penultima hoc titul. Nam liberi hominis furtum non fit, & ſerui alieni ſuppreſſio, non eſt furtum, ſi non fiat ſerui lucrifaciendi cauſa, quæ fraus, ne quæſito titulo, emptionis quaſi velamento quodam obtegatur, etiam fugitiuorum ſeruorum venditio, quamuis à domino facta ex S. C. ad legis fabiæ pœnam redigitur. S. C. factum eſt Alexandri tempore, Modeſto, & Probo conſſ.

Plagiarij qui viuentium filiorum miſerandis infligunt parentibus orbitates, metalli pœna, cum cæteris ante cognitis ſuppliciis tenentur. Si quis autem

huiuſmodi reus fuerit oblatus,poſtquam ſuper crimine claruerit, ſeruus quidem, vel libertate donatus beſtiis ſubiiciatur; Ingenuus autem gladio conſumatur. l. vlt. hoc titu. C.

Alia fuit lex Cornelia de plagiariis, teſte Appuleio. Meta. Crimen inquit, Corneliæ legis incurram, ſi ciuem Romanum pro ſeruo vendidero. Nam venditio Ciuis Romani plagium eſt, ſed in locum legis Corneliæ ſucceſſit Lex fabia, à Fabio eius latore. Hoc crimen capitale eſſe dicitur ab Vlpiano. Conſtantinus iudicat, tam pœnam metalli, quam aliis ſuppliciis olim plecti ſolitos fuiſſe plagiarios.in Codice Theod. legitur, plagiarij metalli pœna cum cæteris ante cognitis ſuppliciis tenebantur.

Digitized by Google

XVI. AD SENATVS-CONSVLTVM TVRPILIANVM, ET DE ABOLITIONIBVS CRIMINVM. D. ET DE ABOLITIONIB. C. DE GENERALI ABOLITIONE. C. ET AD SEN. C. TVRPILIANVM. C.

HVius quoque S. C. pœna pecuniaria eſt in eos, qui ab accuſatione deſiſtunt contra fidem inſcriptionis, & citra abolitionem. Cæterum quia impetrata, aut vltro conceſſa venia abolitionis, ab accuſatione impunè receditur. Ideo de abolitionibus criminum, etiam hoc titu. tractatur.

Abolitio eſt exemptio reorum à crimine, vel accuſationis omittendę licentia. alia publica, ſiue generalis indulgentia, alia priuata, quæ ab accuſatore poſtulatur redditis cauſis non agendi.

Pœna legis Petroniæ, & S. C. Turpiliani eſt infamia, & multa v. librarum auri cogenda in fiſcum, & hodie eſt extraordinaria. Non tantum is, qui poſt litem

conteſtatam deſerit accuſationem, tenetur vt tergiuerſator lege Petronia, vel Senatuſconſulto Turpiliano, aut vt calumniator lege Remmia. Sed etiam is, qui reo poſtulato, & oblatis libellis accuſatoriis, vel denuntiato crimine deſiſtit ante litem conteſtatam. Accuſatorum temeritas tribus modis detegitur, & tribus pœnis ſubiicitur, aut enim calumniantur, aut præuaricantur, aut tergiuerſantur. Calumniari eſt falſa crimina intendere; præuaricari vera crimina abſcondere; tergiuerſari in vniuerſum ab accuſatione deſiſtere. Marcianus l. 1. hoc titu. D.

XVII. De reqvirendis, vel absentibvs damnandis. D.

IN hoc titulo ſubintelligi velim, inquit Cuiacius de requirendis adnotatis. Nam in eo oſtenditur abſentem, & profugum criminis capitalis reum non damnari, ſed adnotari, eum debere inter reos quaſi perſequendum, & requirendum, & edictis adeſſe iuberi, bonis

eius interim obſignatis, quæ, niſi venerit intra annum, etiam fiſco vindicantur. curandum eſſe ne reo profugo debitores quidquam ſoluant, ne per hoc, fuga eius inſtruatur, puta eadem ratione, nec mendum quidquam eſſe ab eo. Vt Coſſo apud Liuium 39. Mandata quæſtione de ſacris nocturnis nominato inter reos qui profugiſſet, diem certam finiunt, ad quā niſi citatus reſpōdiſſet, abſens damnetur, ac præterea edicunt, ne quis quid fugæ cauſa vendidiſſe, neve emiſſe velit, & ne quis reciperet, celaret, ope vlla iuuaret fugientes.

XVIII. De Quæstionibus. D. & C.

SI capitalia, & atrociora ſint crimina, vt veritas inueſtigetur, per queſtiones, & tormenta ſeruorum, qui in teſtimonium vocantur, in caput etiam dominorum interdum non temerè, ſi quæ alia, ſiue iudicia, ſiue crimina l. 8. Quæſtio interrogatio eſt, quæ fit per tormenta, de reis, vel de his, qui facto interueniſſe dicuntur. Nam, vt quidam ait, facti in ecu-

leo, quæſtio eſt, iuris in iudicio. Quæſtio eſt tormentum, & cruciatus corporis ad eruendam veritatem. Duarenus.

Vel quæſtiones ſunt ſtrictiores inquiſitiones criminum, vel ſeueræ indagationes. Non enim ſunt nudæ interrogationes, ſed quæ fiunt per vim & tormenta, cruciatuſque corporis reorum, vel teſtium: & quandoque accuſatorum. Tertullianus in Apologetico. Ciuilis, non tyrannica dominatio veſtra eſt, apud tyrannos tormenta etiam pro pœna adhibentur, apud vos ſoli quæſtioni temperatur, veſtram illis ſeruate legem vſque ad confeſſionem neceſſariam, etiamſi confeſſione præueniantur, vocabunt.

XIX. De Poenis. D. & C.

SEquitur generalis titulus de pœnis, in quo idem etiam criminum diſcrimen fieri nemo ambigit, & de pœnis, ergo non ſolum infligendis, ſed etiam remittendis, vel augendis pro qualitate reorum, & criminum, & de variis gradibus, generibuſque pœnarum, quæ ex ordine, vel extra ordinem reis infliguntur. Pœna

eſt delictorum, ſiue criminum coërcitio, inducta ad diſciplinæ publicæ emendationem, vt exemplo cæteri deterreantur, & non quia peccatum eſt, ſed ne peccetur. Nec enim tam ad præterita, quàm ad futura pœna refertur, quia reuocari præterita non poſſunt, ſed cauentur futura. Seneca, Nemo prudens punit, quia peccatum eſt, ſed ne peccetur. In animalia quoque pœnæ conſtituuntur. Plinius lib. 8. cap. 10. vel pœna eſt æſtimatio delicti, vel ſupplicium peccati, vt contra in Piſoniana ſupplicium dicitur eſſe pœna peccati.

Seneca 7. declamat. Scelera, quamuis citra exitum ſubſederint, puniri. iudex hos verſus Horatij debet habere ante oculos.

Qui teneros caules alieni fregerit horti
Regula peccatis, quæ pœnas irroget æquas,
Et qui nocturnus ſacra diua legerit, adſit.
Ne ſcutica dignum, horribili ſectere flagello.

XX. De bonis damnatorum, D. et de bonis proscriptorum, seu damnatorum. C.

NEc enim bona omnia adimuntur reis, niſi damnati ſint ex crimine capitali, ſed & iuſtis liberis damnatorũ ex crimine capitali, & patronis portiones quædã conceduntur, & dos marito, quod eſt confiſcare titulo ſuperiore Codicis, hoc eſt in iſto proſcribere, nimirum publicare omnia bona, quod fit expreſſim, aut tacite, quorum tacite, vt capite damnati, deportatione, aut metallo, aut ſimili pœna, nec in bonis quæ poſtea adquirunt, alium habent hęredem, quàm fiſcum. Notandum eſt publicationem omnium bonorum cadere tantum in eos, qui ſui iuris ſunt, quia hi ſoli habent bona. Serui, aut filijfamilias non habent bona quæ damnatione publicari poſſint, quia peculia ſi quæ habent, domini, parenteſque in quorum ſunt poteſtate occupant. bonorum damnati debet fieri inuentarium per officium iudicis, qui ſententiam dixit.

Digitized by Google

XXI. DE BONIS EORVM QVI MORTEM SIBI CONSCIVERVNT. C. ET DE BONIS EORVM QVI ANTE SENTENTIAM, VEL MORTEM SIBI CONSCIVERVNT, VEL ACCVSATOREM CORRVPERVNT. D.

NOn tantum proſcriptorum, ſeu damnatorum, ſed etiam eorum qui in reatu capitali perculſi conſcientia criminis, ſibi mortem conſcieuerunt, bona publicantur, ſi poſtea de crimine probatum, & pronuntiatum fuerit l. 3. §. vlt. D. eodem. In capitali crimine, ex quo pœna, mors eſt, accuſator impunè corrumpitur non in alio crimine, ſed qui corrumpit, pro confeſſo, & conuicto habetur. Cárnificis loco habebatur apud veteres is, qui ſeipſum vulneraſſet vt moreretur, Feſtus in Carnificis. Cui ob id etiam, ne-

que parentabant, neque iuſta faciebant, niſi ſuſpenſis oſcillis, velut per imitationem mortis. Idem non lugebatur ab vxore l. 11. § 3. ſupra. de his qui notantur infamia. Tarquinius huiuſmodi homines iubebat crucifigi, vt Caſſius Gemina refert apud Seruium Danielis, hoc eſt manuſcriptum. eorum qui in reatu diem ſuum functi ſunt, ſi non perduellionis cauſam ſuſtinuerunt, nec ob metum criminis mortem ſibi conſciuerunt, bona ad ſucceſſores tranſmittuntur, vt ait Imperator Alexander in l. 2. hoc titulo. C.

XXI. De interdictis et relegatis, et deportatis. D.

INterdicti ſimiles ſunt relegatis, imò relegati, ſed ſimpliciter non in inſulam, qui in exilium ſunt dati liberum interdicto tantum certo loco, certave prouincia, vel interdictis omnibus locis vno excepto. Nam de interdictis honore, vel ordine, vel negotiatione, vel aduocationibus, vel qua alia re hic titulus eſt.

Digitized by Google

Relegati ciuitatem, & patriam poteſtatem, & teſtamenti factionem, & bona, & omnia iura ſua retinent, & interdum non in perpetuum, ſed ad tempus relegantur. l. 18. hoc tit.

Deportati omnia illa amittunt, & nunquam ad tempus deportantur, & deportatus ita definitur, quem is cuius ius deportādi lege datum eſt, ſententia ſua in inſulam eſſe deportādum pronunciauit. deportationes, exilia ſunt proprie, relegationes improprie. Ouidius,

Quippe relegatus non exul dicor in illo.

& alio loco.

Ipſe relegati non exulis vtitur in me nomine

Papinius,

Atque hoſpes non exul erat.

Lucanus,

———*Patimurque volentes*

Exilium tua nos faciat victoria ciues.

XXII. DE SENTENTIAM PASSIS, ET RESTITVTIS. D. ET C.

HIc titulus eſt communis deportatorum, & relegatorum, ſed qua lege, conditioneque quiſque reſtituatur à Principe, maxime conſiderandum eſt. num

ra humentur inconſulto Principe, hæc hodie eſt lex morte punitorum: veteres Romani,& Auguſtus fuêre mitiores, qui nec cognatis eorum ea ſibi negare permiſerunt,idque Auguſtum ipſum. l. ait de ſe ſcribere lib.10. de vita ſua,ſcripſerat libros tredecim authore Suida, & Suetonio,hic titulus non ſeruatur in Gallia authore Rebuffo, art. 54.legum abrogat. Cuja. hic.

LIBER XLIX. TIT. I.

DE APPELLATIONIBVS, ET RELATIONIBVS. D. ET DE APPELLATIONIBVS, ET CONSVLTATIONIBVS. C.

SEntentias ſequitur appellatio condẽnati ad Principem, vel maiorem iudicem, opiniones, relatio iudicis ad principem, vt Princeps æſtimet ſequenda ſit eius opinio,necne. vel appellatio eſt querela, non acquieſcentis ſententiæ minoris iudicis, vel nominationi, ad honorem, munuſue publicum.

Relatio eſt actorum, & opinionis ſuæ à iudice ad principem facta præſcriptio an-

te ſententiam, vel poſt ſententiam non recepta appellatione, vel conſultatio iudicis ad principem, relatio in titulo Codicis eſt ſententia Principis, quam dicunt vnus vel duo ex proceribus qui ſunt in comitatu Principis, vel vniuerſus Senatus more, & ritu Conſultationis, ideſt more regio, qualis ſeruatur præſidente ipſo Principe.

Omnimodo probandum eſt, vt quoties iniuſta appellatio pronunciatur, ſumptus quos dum ſequeretur aduerſarius impendit, reddere cogatur. non ſimplos, ſed quadruplos, quod abrogatur. l. 3. de fructibus & litium expenſis. Vide plura apud Cujac. quem potiſſimum imitatus ſum in hoc opere: de quo optimo iure dici poteſt, quod olim dictum eſt de Origen. vbi bene, nemo melius, vbi male, nemo pejus.

Tituli qui ſequũtur abiere in deſuetudinem, de quib. conſule Autorem legum abrogatarum, eos tamen optime interpretatur Cujac.

Digitized by Google

II. A QVIBVS APPELLARI NON LICET. D.

POſt generalem titulum ſpecialiter varias de appellationibus quæſtiones nobis explicat, ac primum, à quibus appellare non licet, non licere à Principe, à Senatu, à iudice, à cuius ſententia rei cauerunt ſe non prouocaturos, vel ab eo iudice, quem extra ordinem ita dedit Princeps, ne ab eo appellare liceret. Vide Cujacium in titulos ſequentes.

III. QVI ET A QVO APPELLETVR. D.

AD hanc quæſtionem, ita reſpondet, à iudice dato appellari eum qui dedit, vel ſucceſſorem eius, etiamſi ex reſcripto Principis iudicem extra ordinem dederit, ab eo autem cui quis mandauit iuriſdictionem ſuam non appellari eum qui mandauit, ſed maiorem iudicem excepto legato, à quo Proconſul appellatur. nam & ſi Proconſul ei iuriſdictionem mandauerit, tamen proprium aliquid & ſuo iure legatus habet.

Digitized by Google

IV. QVANDO APPELLANDVM SIT, ET INTRA QVÆ TEMPORA. D.

EX tempore quo ſententia lata eſt, vel nominatio facta ad honorem munuſue publicum, vel edita conſultatio, editumue reſcriptum appellari ſecunda die in propria cauſa, tertia die in aliena, quæ tempora, l. 27. D. de re iudicata definiuit, hodie decima die indiſtincte.

V. QVORVM APPELLATIONES NON RECIPIVNTVR. C. DE APPELLATIONIBVS RECIPIENDIS, VEL NON. D.

NOn tantum appellationem eius recipi, qui iudicio expertus eſt, ſed etiam eius cuius intereſt, vel procuratoris etiam voluntarii. Si modo poſtea dominus ratum habeat, & matris pro filio, & cuiuſcumque pro eo, qui ad ſupplicium ducitur, non eſſe recipiendam appellationem

corum quos damnatos ſtatim puniri publicè intereſt, non ab executione, vel interlocutione, iuſſuue aliquo.

VI. De libellis dimiſſoriis, qui apoſtoli dicuntur. D.

ALii ſunt libelli appellatorii, alii dimiſſorii. Appellatorii dantur ab eo, qui appellat ei à quo appellat, niſi viua voce malit appellare, ſecunda vel tertia die dimiſſorii dantur ab eo à quo appellatum eſt ad eum qui appellatur quinta die, qui & apoſtoli dicuntur, vt ait Paulus.

VII. Nihil novari appellatione interpoſita. D.

APpellatio reſcindit iudicatum, ſiue recepta ſit, ſiue non; idcirco ordo executionis ceſſat interim, quoad vel ſententia confirmetur, nec confirmatio tamen retrotrahitur, l. Furti. in principio. de his qui notantur infamia, vel pronuncietur recipiẽdam appellationẽ non eſſe, & hoc eſt quod dicitur, nihil eſſe innouãdũ pẽdẽte appellatione, quo ſec⁹ ſi quidquã fiat,

Digitized by Google

id fiat ex neceſſitate iudicis, vt ait l. 11. tit. 1. id eſt ex violentia & pecunia ſoluta, vel pignora recuperari poſſunt.

VIII. QVÆ SENTENTIÆ SINE APPELLATIONE RESCINDANTVR. D.

NOn tantum appellatione, ſed etiam contrario iudicio, iudicatum reſcinditur, vt ſi iudex datus iudicati actioni, iudicauerit non eſſe iudicatum. Itemque ipſo iure, ſi aliqua ratione nullius momenti ſententia ſit. nec enim ex ea eſt actio iudicati. l. 4. §. condemnatum. D. de re iudicata, ac merito de executione iudicati in XII. tab. Rebus iure iudicatis, rebus enim non iure, id eſt non ritè iudicatis, iudicati nulla actio eſt.

IX. AN PER ALIVM CAVSÆ APPELLATIONVM REDDI POSSVNT. D.

APpellare quidem poſſumus per procuratorem in omnibus cauſis, ſed non etiam agere appellationem cauſæ cri-

Digitized by Google

minalis, vel etiam ab initio cauſam ipſam criminalem. præſentes enim accuſant, & accuſantur, non absẽtes per cognitorem, vel per procuratorem, fateor cauſas absẽtiæ reddi poſſe per procuratorem, ſed non cauſas & merita appellationis. at pecuniaria cauſa, & appellatio eius, per procuraorem agitari poteſt.

X. SI TVTOR, VEL CVRATOR, VEL MAGISTRATVS CREATVS APPELLAVERIT. D.

CErtum eſt eum qui magiſtratus, id eſt duumuir creatur, appellare poſſe redditurum cauſas immunitatis, & excuſationis ſuæ, ſed & eum qui ad tutelam, vel curationem vocatur.

XI. EVM QVI APPELLAVERIT IN PROVINCIA DEFENDI. D.

NOn idem dari Romam profecto appellationis cauſa, quod profecto reipublicæ cauſa. Ille enim ſuæ rei priuatæ cauſa abeſt, & nihilominus in aliis cauſis,

ſe in prouincia, & patria ſua deffendere debet, niſi pati velit poſſeſſionem, & venditionem bonorum, licèt interim ab honoribus, & muneribus ciuilibus excuſetur, quod non ita procedit in abſente ſuæ reip. cauſa.

XII. Apvd evm a qvo appellatvr, aliam cavſam agere compellendvm. D.

NOn iure recuſatur iudex in vna cauſa hoc ſolo prætextu, quod in alia ab eo appellatum ſit, quaſi iniquo iudice, nec enim ex appellatione bonus vir excipit offenſionem. Vide Cuiacium.

XIII. Si pendente appellatione mors intervenerit. D. & C.

DE mortuo appellatore hic titulus eſt pendente appellatione & iudicio, eo quod morte ſolui ſolet. nam iudicium quod morte non ſoluitur in heredem tranſire certum eſt, iudicium quod morte ſoluitur, veluti criminale in heredem

Digitized by Google

non tranſit. iudicium quoque de tutore, vel curatore qui à nominatione appellauit, morte ſoluitur. Vide Cujacium.

XIV. De ivre fisci. D. et C.

IN hoc titulo explicat quibus ex cauſis bona aliena fiſco deferantur, explicantur etiam hoc titulo fiſci priuilegia quædam, veluti vt debitorem debitoris conuenire poſſit, vt ſemper habeat tacitam hypothecam, vt reuocet non tantum alienata in fraudem, ſed etiam non adquiſita. Eſt igitur hic titulus de actionibus, & priuilegiis fiſci, & fiſcus publicum ærarium, & publica ratio Principis ſeu Imperii. Spartianus in Adriano, damnatorum bona in fiſcum priuatum redigi vetuit omnium ſumma in ærario recepta. iuris authores nullum diſcrimen hodie faciunt inter ærarium & fiſcum. Fiſcus dicitur pecunia publica, auctore Aſconio, à fiſcis, id eſt ſportulis. fiſci ait, ſunt ſportea vtenſilia ad maioris ſummæ pecunias capiēdas, vnde quia maior ſumma pecuniæ publicæ quàm priuatę eſſe ſoleat, factū eſt vt fiſcus pecunia publica, & inde cōfiſcare dicatur.

XV. De postliminio, et redemptis ab hostibus. C.

PErtinet etiam hic titulus ad cauſam patriæ poteſtatis: nam in eo intelligimus patrem ab hoſtibus captum deſinere habere filios in poteſtate. Poſtliminio vero reuerſum, tam filios, quam omnia ſua in poteſtatem recipere, quia fingitur retro in ciuitate fuiſſe, alia eſt fictio legis Corneliæ: qua captiuus defunctus in ciuitate quo captus eſt, ac proinde in ipſo articulo captiuitatis filius morte eius intelligitur ſui iuris effectus. Vide Cujacium.

De captivis, et postliminio, et redemptis ab hostibus. D.

CApti bello ſerui hoſtium fiunt. Vnde Captiuos definio, Belli iure ſeruos, & vt captiui, ab hoſtibus reuerſi ad ſuos poſtliminio libertatem, & iura ſua omnia recipiant. Poſtliminium eſt priſtini ſtatus in quo quis fuit ante captiuitatem.

Digitized by Google

tem, reciperatio integra, perinde ac ſi medio tempore in hoſtium poteſtate non fuiſſet. Id vero habent reuerſi ad ſuos, vt dixi. non tamen redempti antequam prætium redemptionis exſoluerint. Interim enim redemptori pignoris iure tenentur. Cuiacius.

XVI. De re militari. D.

IVribus captiuitatum, & poſtliminiorum nemo non videt proximam eſſe tractationem de re militari, id eſt de diſciplina militari & de delictis, pœniſque militum, priuilegiis, peculiis, erogationibus, annonis, tranſitionibus, ipſorum reſtitutione, & eorum qui militiam profitentur.

Delicta militum numerantur in l. 5. D. eodem. Pœnæ etiam, quæ ſunt caſtigatio, pecuniaria mulcta, munerũ indictio, militiæ mutatio, gradus deiectio, ignominioſa miſſio. nam in metallum, aut in opus metalli non dabuntur, nec torquentur. Cuiacius.

Q

XVII. DE CASTRENSI PECVLIO. D.

Milites non adquirunt his in quorum ſunt poteſtate, nec conferunt fratribus bonorum paternorum inter eos poſſeſſione data. Caſtrenſe peculium eſt, quod militans in caſtris, vel occaſione militiæ adquiſiuit, vel à parentibus, vel cognatis, in militia agenti donatum eſt, l. 11. hoc titulo. ex nota Marcelli conſtat, nec patribus aliquid ex Caſtrenſibus bonis filiorum deberi. Cuiacius.

XVIII. DE VETERANIS. D.

A Priuilegiis militum tranſit ad priuilegia veteranorum, vt ſeparentur à cæteris in pœnis, vt immunes ſint à muneribus perſonalibus, vt de Caſtrenſi peculio teſtari poſſint. vt teſtamẽtum quod in caſtris fecerint iure militari, valeat intra annum miſſionis, & quod habuimus lib. 38. titulo 12. Veterani ſunt, qui militia honeſte dimiſſi, & ſacramento ſoluti ſunt. Veteranorum priuilegium inter cætera etiam in delictis habet prærogatiuam, vt

ſeparentur à cæteris in pœnis, nec ad beſtias itaque veteranus datur, nec fuſtibus cæditur, l. 1. & 2.

LIBER L. TIT. I.

AD MVNICIPALEM ET DE INCOLIS. D.

IVſtinianus recte ad municipales. eſt igitur hic titulus de municipalibus, id eſt, municipibus, & de incolis. municipes ſunt liberi homines, qui in eadem ciuitate nati ſunt, licet muneris cum populo Romano participes non ſint. Qui tamen olim ſoli municipes dicebantur, dico nati, quia origo proprie municipem facit.

Patria, aliàs dicitur ciuitas certa, aliàs prouincia, vt apud Saluſtium Hiſpaniam ſibi eſſe. Ciuitas inquam, vel prouincia ex qua quis oriundus eſt, quæ Ciceroni patria germana, patria naturæ, vel in qua vt ciuis exceptus eſt, quæ eidem patria ciuitatis. Dico oriũdus, quia naturalis origo patris, patriam facit, l. vnica. C. vbi petantur tutores. l. aſſumptio. §. filius. D. ad municip. quaſi ſcilicet patria dicta à patre, vnde &

n Caro. Voſpiſcus, recte Romanum interpretatur Roma oriundum: qua appellatione, & in iure noſtro notatur ſemper origo paterna, non origo propria, & natale ſolum, prouincialem facit origo patris. Cuiacius Obſeruat. lib. 24. c. 33.

Sed adoptati, & manumiſſi à municipe originario, etiam pro natis habentur, quia adoptati adoptatoris manumiſſi patroni originem ſequuntur. Incolæ ſunt municipes voluntarii, qui in ciuitatem aliquam, vel fines eius domicilium ſuum contulerunt, vel etiam qui ab his adoptati, aut manumiſſi ſunt.

Finis autem huius tituli hic eſt, vt intelligatur qui ad magiſtratus municipales, & cæteros honores muneraque publica vocentur inuiti: nec enim alii ad ea vocantur, quam municipes, vel incolæ, exceptis oneribus his, quæ agris, vel ædificiis indicuntur, quæ agnoſcunt poſſeſſores, etiamſi neque ciues ſint, neque incolæ.

Ad municipalem, legem ſcilicet Budęus, & Politianus. verum hîc non agitur de lege municipali. Cuia. 9. Obſeruat. 37.

II. De decvrionibvs, et filiis eorvm. D.

Decuriones ſunt Senatores municipales, ex quorum ordine ſumuntur duumuiri. Id, magiſtrat⁹, quique alios honores in municipio gerãt non ex plebeis, & qui etiam gerant, alia quædam munera ciuilia, eſt hic titulus proprie de his, qui in decurionum ordinem adlegũtur, & de dignitate, & priuilegiis eorum in pœnis & quæſtionibus, quorum omnium participes ſunt decurionum. Filii etiam patribus ordine motis, nullum patris delictum innocenti filio pœnę eſt, ideoque nec ordini decurionum, aut cæteris honoribus, propter eiuſmodi cauſam prohibetur honores, & munera petere non ordinationi, ſed petitoribus quibuſque iniungẽda sũt. l.7.hoc tit. Qui ad tempus relegatus eſt, ſi decurio ſit, deſinet eſſe decurio, relegatos finito tẽpore non poſſe allegi, Antonius, & Verus reſcripſerunt, niſi eius ætatis fuerint, vt nondum decuriones creari poſsẽt, & dignitas certa ſpem eius honoris id faceret, vt Princeps indulgere poſſit.

Digitized by Google

III. De albo scribendo. D.

Album eſt numerus ſiue matricula, vel vt ex veteribus quidam loquuntur, patricula decurionum, quo ordine in eo ſint perſcribendi decuriones, hic titulus declarat. ſequuntur autem albi ordinem etiam in ſententiis ferendis, & in honoribus, vel muneribus ſuſcipiendis; ſola tamen albi perſcriptio decurionem non facit, l. 10. ſupra. tit. proximo. ſicut ſola relatio in cenſum ciuem Romanum non facit in albo decurionum, in municipio nomina ante ſcribi oportet eorũ qui dignitates Principis iudicio conſecuti ſunt, poſtea eorum qui tãtum municipalibus honoribus functi ſunt. l. vltima, hoc tit.

IV. De mvneribvs, et honoribvs. D.

Diuiſio, & enumeratio honorum, & munerum publicorum hoc tit. continetur, ad quæ vocari diximus municipes ſolos, & incolas, & ex municipibus, plerũque decuriones. enumeratio etiam eorũ munerum quæ poſſeſſionibus indicũtur.

Honor eſt adminiſtratio reip. cũ dignitate. munus eſt adminiſtratio reipub. ſine dignitate, & vel patrimoniale, ſi ſumptum

Digitized by Google

maxime requirat, vel perſonale, ſi non sũ-ptum, ſed corporis, & animi laborem, l. 18. hoc tit. honorem ſuſtinenti munus imponi non poteſt, munus ſuſtinenti honor deferri poteſt. Vt gradatim honores deferantur edicto, & vt à minoribus ad maiora perueniatur, Epiſtola D. Pij ad Traianum exprimitur.

V. De vacatione et excvsatione mvnervm. D.

CAuſę excuſationum recenſentur hoc tit. quæ liberant à muneribus perſonalibus, & ab honoribus, vt ſi quis ſit minor annis xxv. vel ſi appellationis cauſa peregrinetur, vel ſi ſit negotiator frumentarius, vel ſi deffenſionem reip. ſuſceperit, & aliæ quæ à muneribus, non ab honoribus: vt ſi quis maior ſit lxx. annorum. vel ſi quinque liberos habeat. Philoſophis, qui ſe frequentes, atque vtiles per eandē ſtudiorum ſectam contendentibus præbent tutelas. Item munera ſordida corporalia remitti placuit, non ea quæ ſumptibus expediuntur. Etenim vere Philoſophantes pecuniam contemnunt, cuius retinendæ cupidine adſeuerationem detegunt. l. 8. eod. titu.

vacatio nuda eſt, nec legem, nec cauſam aliam habens, quam indulgentiam principis, quæ etiam ab extraordinariis tantũ muneribus liberat, non ab ordinariis, & legitimis. Sunt munera, quæ rei propriè coherent, de quibus neque liberi, neque ætas, nec merita militiæ, nec vllum aliud priuilegium iure tribuit excuſationem, vt ſit prædiorum collatio, viæ ſternendæ, angariorumue exhibitio, hoſpitis ſuſcipiendi munus, l. 11. hoc tit. D.

VI. De ivre immvnitatis. D.

SVperior titulus eſt de cauſis immunitatis, hîc vero de iure, forma, conditione, lege immunitatis, quatenus duret, an in hæredes extendatur, vel liberos, vel libertos, & qui immunitatis beneficio contineantur: verbi gratia, immunitate conceſſa nauiculariis, an contineantur qui nauis agendæ cauſa in naui ſunt, an omnes qui ſunt e corpore nauiculariorum, & quo fine detur immunitas præmii, & honoris cauſa, vt vulgo, an vt idoneior quis ſit rei quam gerit, veluti colonus prædiis fiſcalibus, vel publicanus exercendis fiſci vectigalibus. Cuiacius.

Digitized by Google

VII. De legationibus. D.

SPecialem titulum dat de munere legationis, quo funguntur, qui à republica ſua ad principem mittuntur negotii publici cauſa, quoniam in eo quædam præcipua ſunt, vt ab eo munere excuſent tres liberi, l. 1. C. eodem. vt legati ſi Romæ conueniantur, vel in comitatu Principis, etiãſi ibi contraxerint ante legationem, vel extra prouinciam ſuam, priuilegio vtantur reuocandi domum, l. 2. §. exceptis. de Iudiciis. vt quandiu legationis officio Romæ funguntur, nulla propria actione experiri poſſint, niſi ex delicto, vel legatione perfunctis biennii tantum vacatio concedatur. Legatus municipalis, ſi deſeruerit legationem, pœna adficiatur extraordinaria motus ordine, vt plerumque fit. Cuia.

VIII. De administratione rerum ad civitatem pertinentium. D.

SPecialem etiam titulum tribuit adminiſtrationi rerum, vel pecuniarum ciui-

tatis, hoc munus raro vni pro indiuiſo iniungitur totum, ſed diuiſum pluribus, vt puta vni cura calendarii, alii cura operum publicorum, alii cura frumenti coëmendi. curator reip. iudex eſt rerum ad ciuitatem pertinentium, ſed numeratur etiam inter adminiſtratores, ſicut magiſtratus municipalis, magiſtratus reipub. non dolum ſolummodo, ſed & latam negligentiam, & hoc amplius etiam diligentiam debent.

Imperatores Antoninus & Verus reſcripſerunt pecuniæ, quæ apud curatores remanſit, vſuras exigendas; l. 9. hoc tit.

IX. De decretis ab ordine faciendis. D.

SEquitur Decurionum munus quod in decernendo eo potiſſimum conſiſtit, quod reip. conducit, & duæ quidem partes decurionum curiam ſeu ordinem faciunt, quodque eæ decreuerint, ratum eſt, non quod decurionum minor numerus, decreto decurionum creantur magiſtratus municipales, ſed non abſque conſenſu Præſidis, decreto decurionum tutores,

Digitized by Google

& curatores dantur, l. municipali caueatur, vt ordo non aliter habeatur, quàm duabus partibus adhibitis. Ambitioſa decreta decurionum reſcindi debent, quod ſemel ordo decreuit, non oportet reſcindi, niſi ex cauſa. Cuiacius.

X. De operibvs pvblicis. D. et C.

SEquitur de munere curatoris operum publicorum ſpecialis titulus, id eſt eius quem reſpublica conſtituit in hoc, vt curaret opus aliquod publicum fieri, & inſcribendo operi nomine eius, cuius liberalitate opus factum eſt, vel nomine Principis, & ne fiat nouum opus ſumptu publico, ſine authoritate principis, & alia quædam, eadem de re, l. 6. hoc tit. D.

XI. De nvndinis. D. & C.

NVndinę etiam pertinent ad iura publica municipiorum, nec tamen municipia omnia ius nūdinarū habent; ſed ea tantū quæ id habent ex lōga cōſuetudine,

à Principe impetrauerunt, à quo priuati etiam idem ius nonnumquam agris ſuis impetrant, ſunt nundinæ mercatus, qui habentur ruſticorum merces ſuas deferentium frequenti cõcurſu. nundinis impetratis à Principe, non vtendo qui meruit decemnii tempore vſum amittit, l. 1. hoc titu. à Senatu poterat impetrari hoc ius, Plin. 5. epiſt. 4. & ita Claudium imperatorem legimus ſeipſum legibus ſubiicientem, ius nundinarum in ſua prædia, à Conſulibus petiiſſe. *S*uetonius in Claudio. Cuiacius.

XII. De pollicitationibus. D.

INter iura & priuilegia municipiorum, hoc etiam eſt, vt ex pollicitatione eis debeatur, ſi modo iuſte recuſari non poſſit, vt ſi reip. pollicitus quis ſit ob honorem decretum ſibi, vel decernendum, vel ob incendium, aut alium caſum, quem ciuitas paſſa eſt, vel etiam ſine cauſa, & cœperit facere quod pollicitus eſt, ex pacto etiam nudo debentur reip. vſuræ pecuniæ creditæ.

Pactum eſt promiſſum, quod fit inter-

roganti citra ſtipulationem. Pollicitatio eſt promiſſum quod facit quis vltro non interrogatus, vel pactum eſt duorum cõſenſus, atque conuentio. Pollicitatio verò offerentis ſolius promiſſum. Vlpianus l. 3. hoc titu. & ſpecies pollicitationis eſt votum, quod Deo fit. Vide plura apud Conanum 5. Comment. 8. de votis. Cuiac.

XIII. De Variis, et extraordinariis cognitionibus, et si iudex litem suam fecisse dicetur. D.

SAlaria quæ diximus conſtitui decretõ decurionum extraordinem peti, Id eſt per Prætorem, aut Præſidem, non dato iudice ſpeciali. Hic titulus declarat. non ea tantum quæ reſpublica debet, liberalium artium profeſſoribus, & medicis, ſed quæcumque à quocumque ſalaria debentur, honoraria merces etiam quæ debentur procuratoribus. de municipibus, & de incolis eſt cognitio extraordinaria, de pollicitationibus in municipio factis,

Digitized by Google

& quia inter munera publica iudicis dati munus numeratum eſt, non omnino male repetitur plenius ex l. 5. de obligationibus, & actionibus ordinaria actio, quaſi ex maleficio, quæ aduerſus eum iudicem, qui perperam, per imprudentiam iudicauit, concipitur in bonum, & æquum. ex hac enim cauſa iudex litem ſuam facit, adeo vt relicto aduerſario in iudicem, quaſi pollicente eo, is cuius intereſt, vertere totam litem poſſit. hoc enim eſt litem ſuam facere, vt in l. 2. C. Th. quor. appel. non recip. l. 6. hoc titu. D. Cuia.

XIIII. De Proxeneticis. D. & C.

PRoxenetica ſunt præmia, quæ debentur parariis, & interpretibus, quorum beneficio, inter duos, pluresve negocia contrahuntur, vel nomina, vel nuptiæ, vel amicitiæ, vel iudici adſeſſor adiungitur, quæ non promiſſa extra ordinem petuntur. Eſt igitur hic titulus ſpecies cognitionis extraordinariæ, atque adeo pars ſuperioris. Appuleius 6. Nihil ſupereſt, quam tuo præconio præmium

inueſtigationis publicitus edijcere, quod præco exequitur his verbis. Si quis à fuga retrahere, vel occultam demonſtrare poterit fugitiuam illius filiam, illius ancillam nomine illo, conueniat illo loco, illum prædicatorem accepturus indicij nomine. Seneca 21. Epiſt. 120. Æs alienum facias oportet, ſed nolo per interceſſorem mutueris, nolo proxenetæ nomen tuum iactent, paratum tibi creditorem dabo. Hic monſtrat magis nomen, quam mandat, tametſi laudet. idem dico, & ſi aliquid Philantrophi nomine acceperit, nec ex locato, cõducto erit actio, plane, ſi dolo & calliditate creditorem circumuenerit, de dolo actione tenebitur l. 2. hoc titu. D. Cuia.

XV. De Censibvs. D.

ID eſt de æſtimationibus priuati cuiuſque patrimonij. Zaſius in T. 3. de iure publico reſtabat hoc tantum, vt cenſus rationem explicaret pro modo, cuius certum eſt ſingularum Ciuitatum, Ciues, & poſſeſſores tributa dependere principi, vel populo Rom. l. 21. §. vlt. de annuis

legatis. Cenſum dicimus publicas tabulas territorij ciuitatis & agrorum cuiuſque; ſed capita etiam cenſebantur, quia & duplex tributum ſoli, & capitis l. vltima hoc titu. & Feſto tributorum collatio, alia in capite, alia ex cenſu. Vitia priorum cenſuum editis nouis profeſſionibus euaneſcunt. Galli *nouueaux adueus, & denombremens*: l. 2. hoc titu. D.

Ex edicto Seruij naſcentium nomina parentes Lucinę certam pecuniam dabāt, qui ab adoleſcentia in iuuentutem migrabant, iuuentæ, morientes libitinæ, atque ita ſciri poterat, quot quoquo anno nati, viui, aut mortui eſſent. Halicarnaſſeus 4. Idem in naſcentibus inſtituit Marcus Antoninus Philoſophus. Vide Capitolinum in Marco Antonino. Cuiacius.

XVI. De verborvm significatione. D. & C.

De verborum ſignificatione, & de regulis iuris, hi duo tituli communes ſunt omnium partium, & titulorum ſuperiorum. nullam enim fere partem, vel quæſtionem iuris paulo latiorem ha-

buimus ante, ex qua oratio, aut verbum, hoc titulo non exponatur aliquod, ſed & ex partibus iuris antiqui, in hæc digeſta minime relatis, veluti oſtentum, deteſtatio, ſubſignatum, & alia pleraque. Scripſi autem de verborum ſignificatione, vt erat in Florentinis, quas ſemper obſeruauimus, quantum potuimus, debuimuſq; religioſiſſime, vt in conſtitutione Iuſtiniani, de confirmatione digeſtorũ. commendationem tituli adfectauit, qui adiecit, & rerum: nimirum quod verba ſint rerum notæ, nec caret exemplo. Citantur enim à Gellio lib. 13. libri rerum verborumque. Et ita quoque inſcriptus eſt Codicis lib. 6. de verborum ſignificatione. Iuriſconſulti veteres multi, ſcripſere, & quidem Ælij Galli liber primus, & ſecundus de verborum ſignificatione, quæ ad ius pertinent, citatur à Feſto in poſtliminium, & liber gloſſematon. Cuiacius.

XVII. De diversis regvlis ivris antiqvi. D.

ID eſt ſententiis, definitionibus, huiuſmodi regulæ magnam vtilitatẽ in omni

Digitized by Google

ſcientiarum genere adferunt.inde Vege-
tius 3. cap. 26. recenſet regulas quaſdam
generales bellorum. Idem Medicis præ-
ſtāt aphoriſmi Hypocratis, poſtulata Geo-
metris, quæ petitiones Caſſiodoro ὠπ͂ηματὰ
Euclidi concedenda Martiano Capellæ,
eodem fini Annianus ex Pauli ſententiis,
quaſdam Gothis ſuis ſelegit, quæ hodie
receptæ Pauli ſententiæ dicuntur Ex om-
nibus quoque partibus iuris ſuperioris,
atque etiam eius, quod ſupra relatum nō
eſt, variæ ſententiæ, & regulæ hoc titu.
proponuntur, id eſt multarū rerum, quæ
eodem modo ſe habent, modo compre-
henſiones breues, vel ex eo quod plerūq;
fit, rerum definitiones breues, & ius an-
tiquum vocat, quo iamdiu populus eſt
vſus minime abrogatum conſtitutioni-
bus Iuſtiniani. Nec enim hîc inuenias re-
gulam illam antiquam, actiones ab hære-
dibus, & contra hæredes non incipere.
Sed neque omnes regulas quæ manent
adhuc. Non illam noxa caput ſequi, quæ
dicitur regula iuris antiqui, nec illam cu-
ratorem habent, curatorem dari non poſ-
ſe. Poſſem recenſere complures aliàs ne-
que debeo, neque volo. prætérea ius an-

tiquum vocat, non quod leges, vel conſtitutiones induxerũt, ſed antiquam prudentiam iuris authorum, & conſonam Iuriſconſultorum definitionem, qualis eſt regula Catoniana in ambiguis, contra venditorem interpretationem fieri. Cuiacius.

Regi ſæculorum immortali, & inuiſibili, ſoli Deo, honor & gloria, in ſæculorum ſæcula, Amen.

Exegi opus Iuris ſtudioſis longè vtiliſſimum.

FINIS.

Poſt finem Autumni media de nocte ſupinũ,
Clamoſus iuuenẽ pater excitat. accipe ceras,
Scribe puer, vigila, cauſas age, perlege rubras
Maiorum leges, aut vitem poſce libello.

Inquit Iuuenalis Satyra 14.

Digitized by Google

Ars enim eſt eorum, quæ ſciuntur; & huius artis, iuriſve partes hoc titulo proponuntur ſummæ, ſed & aliæ ſignificationes iuris, Seneca 11. Epiſt. 82. Hoc Iuſtitiæ conuenit ſuum cuique reddere, beneficio gratiam, iniuriæ talionem, aut certe malam gratiam. vt autem clarius explicetur definitio iuris, animaduertendum eſt, inquit Duarenus, bonum & æquum hîc accipi pro benigniore, & humaniore interpretatione iuris, quæ ſcripto comprehenſa non eſt. hinc Cicero laudat Seruium Sulpitium, quod ea quæ proficiſcebantur à iure Ciuili, ſemper ad æquitatem referret. Philipp. 9. quæ licet leuia videãtur, ſunt tamen iuris elementa, & fundamenta, ſicut in Geometria punctum, linea, ſuperficies.

TITVL. II. DE ORIGINE IVRIS, ET OMNIVM MAGISTRATVVM, ET SVCCESSIONE PRVDENTIVM. D.

PRopoſitis partibus iuris ſuperiore titulo, conſtitit in iure populi Romani, Cuius originem iam inde à regibus

proceſſumque, & partes hoc titulo declarat. Deinde originem, & nomina magiſtratuum, & poſtremò ſucceſſionem iuriſperitorum, vt quiſque alteri ſucceſſerit; ab his enim potiſſimum orta, condita, aucta, tradita, illuſtrata ſunt iura populi Romani, qua ex re iuris conditores dicuntur, & iuris authores. Magiſtratus eſt publica perſona, quæ iuriſdictioni præeſt, vel qui pro tribunali cognoſcit, vel cui publicè iuriſque dictio data eſt. Iuriſconſultus eſt qui ius profitetur, reſpondet, interpretatur, aut vir bonus legum & morum ad reſpondendum peritus, atque interpretandum. Quæ ſpectāt ad hunc titulum, paucis complexus eſt Duarenus.

III. De legibvs, et constitvtionibvs principvm, et edictis. C. De legibvs, Senatvsqve Consvltis, et longa consvetvdine. D. et qvæ sit longa consvetvdo. C. et de Senatvsconsvltis. C.

IVris ciuilis hoc titulo partes exequitur tres, leges quo nomine non populi tā-

cum, ſed etiam plebiſcita ſignificantur, quæ ex lege Hortenſia nō minorem vim habent, quam totius populi iuſſa, Senatuſconſulta, quæ ſolus Senatus decreuit ſine lege, & longam conſuetudinem, id eſt tacitum populi conſenſum plurimorum annorum obſeruatione inueteratū, ergo omne ius, aut conſenſus fecit, aut neceſſitas conſtituit, aut firmauit conſuetudo. Ius enim quod expreſſus conſenſus populi vel plebis fecit, lex eſt. quod neceſſitas conſtituit Senatuſconſultum.

Leges vt generales ab omnibus æquabiliter in poſterum obſeruentur, quæ vel miſſæ à nobis ad venerabilem cœtum oratione conduntur, vel incerto edicti vocabulo nuncupantur.

Leges ſacratiſſimæ, quæ conſtringunt hominum vitas, intelligi ab omnibus debent.

Conſtat autem legum condendarum poteſtatem penes populum olim fuiſſe, quæ Triumviro proponebātur ante promulgationem, vt cogitaret interim, deliberaretq; populus, num aliquid immutandum eſſet, Cicero pro Flacco, & pro domo ſua. Deinde in æs inciſæ, ad ærariū

deferebantur, vt refert Suetonius in Cęſare. Tempore verò Iuſtiniani recondebantur in templo, cum ſacris vaſis, & inſculpebantur lapidibus, vt apparet ex Nouella, conſtitutione 8. tit. vt iudi. ſine quoque ſuffragio.

IIII. De Constitutionibus principum. D.

SEquitur quarta pars iuris ciuilis, quod ſcilicet ipſe princeps conſtituit. Cuius auguſto priuilegio eadem eſt poteſtas, quæ populi fuit. quodcumque igitur Imperator per epiſtolam, & ſubſcriptionem ſtatuit, vel cognoſcens decreuit, vel de plano interlocutus eſt, vel edicto præcepit, legem eſſe conſtat. hæ ſunt, quas vulgo conſtitutiones appellamus. Beneficium Imperatoris, quod à diutina ſcilicet eius indulgentia proficiſcitur, quam pleniſſime interpretari debemus.

V. De Statu hominum. D.

EXpoſitis partibus iuris, quæ omnes ſunt conſtitutæ hominum cauſa, incipit

Digitized by Google

cipit tractare de hominum ipſorum iure, ſiue de ſtatu conditionis cuiuſq; . & alius eſt ſtatus capitis, alius eſt ſtatus ſeruitutis. qui in vtero eſt perinde ac ſi in rebus humanis eſſet, cuſtoditur: quotiens de cõmodis partus ipſius quæritur.

Non ſunt liberi, qui contra humani generis formam conuerſo more procreãtur, veluti ſi mulier monſtroſum aliquid, aut prodigioſum enixa ſit.

Cùm legitimæ nuptiæ factę ſint, patrem liberi ſequuntur, vulgo quæſitus matrem ſequitur, patrem ad honores, matrem ad ingenuitatem.

VI. DE HIS QVI SVI, VEL ALIENI IVRIS SVNT. D.

DE ſtatu ſeruorum hîc etiam agitur aliquid, itemque liberorum, alios eſſe patresfamilias, alios filiosfamilias. Patresfamilias ſuæ poteſtatis ſunt, qui ſcilicet in domo ſua dominium obtinent: filijfamilias, & ſerui alienæ poteſtatis. quæ poteſtas olim fuit vitæ & necis, ſed diminuta, & temperata eſt conſtitutioni-

bus principum, propter nimiam quorumdam dominorum ſæuitiam, & crudelitatem in ſuos ſeruos, qualis fuit Vedius Pollio, qui ſeruos ſuos immaniter in viuariũ cõijciebat murenas ſaginaturus. Seneca lib. 1. de clementia cap. 18. qualis etiam fuit Sabirius, aut Vmbricia matrona, quorum meminit Vlpianus l. 2. huius tituli.

VII. De adoptionibvs, et emancipationibvs, et aliis modis, qvibvs potestas solvitvr. D. et de emancipationibvs liberorvm. C. et de adoptionibvs. C.

ADoptio enim eſt legis actio, qua qui filiusfamilias non eſt, ad vicem filijfamilias redigitur.

Eſt autem adoptio, vt Theophilus ait, actus legitimus naturam imitans, ad eorum, qui liberos non habent, ſolatium. Vel vt ait Caius, eſt naturæ quædam ſimilitudo, vt aliquis filium habere poſſit, quem non genuerit.

Digitized by Google

Adiungit etiam huic rationi, alias quibus ſoluitur poteſtas, veluti per emancipationem, manumiſſionemque, neque vero, & ſi titulus polliceatur alios modos ſoluendæ poteſtatis quidquam ſpecialiter de aliis. Veluti ſacerdotio, deportatione, morte, in eo tractatur.

VIII. De divisione rervm, et qvalitate. D.

EXpoſita differentia & qualitate hominũ, modo exponit rerum. diuiſio differentiam. differentia qualitatẽ oſtendit. Rerum igitur alias eſſe diuini iuris, alias humani, vel alias publicas, alias communes, alias vniuerſitatis, alias nullius, alias ſingulorum, Item alias corporales, alias incorporales.

IX. De Senatoribvs. D. & C.

SEnatores erant in vrbe primum, non vt poſtea quicumque ſententiam in Senatu dicebant, ſed qui à Cenſoribus in Senatum lecti erant conſilij publici

cauſa, Senatores dicti non ab aſſentiendo, vt putant Hugolinus, & Bartolus, ſed à ſenili ætate, Eutropius, & Cicero de Senectute, vt ait Vlpianus, Senatores accipiēdum eſt eos qui à patriciis, & conſulibus vſque ad omnes illuſtres viros deſcendunt: quia & hi ſoli in Senatu ſententiam dicere poſſunt. ſub Nerone cautum fuit, vt omnes appellationes à iudicibus ad Senatum fierent, Suetonius. Quod confirmatum à Probo ſcribit Vopiſcus.

Cæterum quod ad Senatorum, & Senatus iura attinet, notandum Nouella Leonis 78. Senatuſconſulti faciendi ius abolitum, iure nimirum populi, & Senatus in principem tranſlato.

X. De officio Conſulis. D.

Officium Conſulis, eſt vocare Senatum, reip. conſulere, conſilium præbere, tutores, iudices, vel arbitros dare, pignora capere, mittere in poſſeſſionem, reſtituere in integrum, cognoſcere de præiudiciis, de fideicommiſſis, de alimentis, de pollicitationibus, delicta coërcere: Non tamen relegare, ſcribit Pomponius

in l. 2. de Orig. Iuris. exactis regibus Conſules duos conſtitutos fuiſſe, penes quos ſummum ius erat, ac de his loquens Cicero in legibus ſuis, Regio inquit Imperio, duo ſunto.

XI. De officio præfecti Prætorio. D.

PRæfectus Prætorio eſt Prætorianorũ militum, ſiue aulæ præfectus, cui princeps rerum, iudiciorumq; ſummam commiſit, & cunctarum prouinciarum maximam poteſtatem habet, & præter hunc, vel Vicarium eius, nullus magiſtratus habet pleniſſimum Imperium merum, alij tantum partes aliquas habent, vt Conſul ius gladij, ſed non ius relegandi; ac ſimiliter præſes ius gladij, & ius damnandi in metallum, non ius deportandi, vel confiſcandi: quin & gladio tantum vitam adimere poteſt, non ſecuri, non telo, non laqueo, quia ius gladij tantum accepit, & reſtricte accipiuntur, quæcumq; ex mero imperio magiſtratui permittuntur.

Ad vicem magiſtri equitum præfectos prætorio antiquitus inſtitutos eſſe. A pręſ-

fectis prætorio appellari poteſt, ſubnixi ſunt etiam alio priuilegio præfecti prętorio, ne à ſententiis éorum minores ætate ab aliis magiſtratibus, niſi ab ipſis præfectis prætorio reſtitui poſſint. Prætoria olim dicebantur loca in quibus habitabāt, aut ius reddebant prætores. Nouell. 24. de præſ. piſid. hîc autem prætorium, pro domo principis, & aula accipi videtur, & præfectus prætorio dici, qui cohortibus aulæ præeſt. Vide Suetonium in Caligula.

XII. De officio præfecti vrbi. D. & C.

Præfectus vrbi eſt magiſtratus cui vrbis, terminorumq; eius curam princeps commiſit, officium eius præcipuum vrbem cuſtodire, & omnia crimina audire. Seneca. xii. epiſt. L. Piſo vrbis cuſtos. Cuius officio tutela vrbis continebatur. Iuuenalis xiii.

Hæc quota pars ſcelerum quæ cuſtos Gallicus vrbis,
Vſque à lucifero donec lux occidat, audit.

Fines autem ſiue termini vrbis Romæ non continentibus finiuntur, ſed centeſimo miliario.

Digitized by Google

Cognoſcit de ſeruis aduerſus dominos conquerentibus, de patronis agentibus aduerſus libertos, de relegatione, deportatione, de his quæ intra centum miliarium, de adulterio, de interdictis, & cauſis poſſeſſionis, de tutela, & cura, de mancipiis non proſtituendis, de numulariis, carne, & eſculentis, quiete popularium, & ſpectaculorum, collegiis illicitis, argentariis, de plagio, militaria excipiuntur.

Præfecti igitur vrbi ſumma authoritas fuit à principibus, hic magiſtratus inſtitutus fuit ab Auguſto teſte Suetonio, & Aurelio Victore. olim cũ in rep. non erãt magiſtratus, ſed proficiſcebantur militiã forte, aut prouincias earum regendarum cauſa conſtituebatur præfectus vrbi, qui ius diceret in vrbe. Pomponius l. 2. & Sueto.

XIII. De officio qvæstoris. D. & C.

Qvæſtor curam gerit pecuniæ publicæ conquirendæ, & conſeruandæ, & in varios vſus erogandæ, & à genere quærendi queſtores initio dictos, & Iunius, & Trebatius, & Feneſtella ſcribunt,

Digitized by Google

dicebatur. Alter qui inter peregrinos, vel inter ciues, & peregrinos de criminibus, notio horum prætorum non fuit. edicta prætorum omnes actiones complectebantur ex eorum edictis iura addiſcere Poſtea cœperunt, non ex antiquis legibus, reſtituebat in integrum, tutores, & curatores dabat. Si ſeruus fuerit creatus prętor, quæ edixit, quæ decreuit, puto nihil eorum reprobari, propter vtilitatem illorum qui apud eum egerunt. Hinc Horatius,

Atque ipſa vtilitas iuſti propè mater, & æqui

Barbarius Philippus. vt ait Suidas, vixit ſub Marco Antonio Imperatore.

XV. De officio præfecti vigilum. D. & C.

Dixit ſupra de magiſtratibus vrbanis, nunc de his qui extra ordinem in vrbe ius dicunt. Cuius generis eſt præfectus annonæ, & præfectus vigilum. Præfecto vigilum commiſſæ ſunt vrbis excubiæ, & vigilium cohortes. Ne quid per noctem in vrbe delinquatur, neve quod in

ea incēdium exoriatur. Marcus Mulinus. Cneius Lollius, L. Sextilius Triumviri, quod ad incendium in ſacra via ortum extinguēdum tardius venerant à Tribuno pleb. die dicta ad populum damnati ſunt, 8. Valerij cap. 1. cognoſcit præfectus vigilum, de incendiariis, effractoribus, furibus, raptoribus, receptatoribus. Ideo dicitur obſcurus iudèx, arbiter ſilentioſus, incendiariorum, & furum indagator, eleganter Caſſiodorus de præfecto vigilum furta eum facere in furibus, dum illos noctu circumuenit.

XVI. De officio proconsvlis, et legati. D. & C.

INitio quos in prouincias mittebat Senatus, hi proconſules dicti ſunt, quod cùm imperio conſulari mittebantur, dabantur his legati, quibus ſcilicet mandarent iuriſdictionem ſuam. Nec enim legatos ſuo ſibi iudicio deligebant.

Omnes proconſules ſtatim, quam vrbem egreſſi fuerunt habent iuriſdictionem, ſed non contentioſam, ſed voluntariam. voluntaria eſt manumiſſio, ado-

ptio, cum pleniſſimam autem iuriſdictionem proconſul habeat omnium partes, qui Romæ, vel quaſi magiſtratus, vel extra ordinem ius dicunt ad ipſum pertinent, & ideo maius imperium in ea prouincia habet poſt principem.

Proconſules mittebantur in prouincias cum imperio Cōſulari, Saluia. Proconſul quantum ad nomen proconſul, quantum ad potentiam conſul. Nam & pro conſule prouinciam adminiſtrat.

Hic titulus deeſt in editione Holoandri, improbatur etiam à Cuiacio. Nam quæ hîc dicuntur contraria ſunt legi 6. D. eodem, & l. 1. §. 4. D. de ſuſpectis tutoribus.

XVII. De officio præfecti Auguſtalis. D. & C.

PRæfectus Auguſtalis eſt, qui in Ægypti prouinciam mittebatur proconſulari poteſtate, ex equitibus, non ex Senatoribus, tributa exigi iubet Imperator. hic loco regis erat.

Poſt Actiacum bellum victis Antonio, & Cleopatra, Auguſtus præfectum con-

ſtituit in Ægypto, qui ideo Auguſtalis dictus eſt, & vt ait Strabo lib.17. quia is primus Ægyptum in prouinciam redegit, & à cæteris ſeparauit.

XVIII. De officio Præsidis, D. et de officio Rectoris provinciæ. D.

QVos in prouincias mittit princeps, hi propriè præſides appellantur, vel legati Cæſaris, vel vt Dio ſcribit l. 3. proprætores, ex omnibus cauſis de quibus, vel præfectus vrbi, vel præfectus Prætorio.

Itemque Conſules & Prætores cæterique Romæ cognoſcunt, correctorum, & præſidum prouinciarum eſt notio. Omnia enim prouincialia deſideria, quæ Romæ varios iudices habent, ad officium præſidum pertinent, rectores vnius prouinciæ erant, vel præſides, vel correctores.

Digitized by Google

XIX. De officio procuratoris Cæſaris, vel rationalis, D. et de officio iuridici. C.

PRocurator Cæſaris dicitur, qui rerum Principis priuatarum procurationem habet, quam procurationem primum ſub Seuero conſtitutam fuiſſe, autor eſt Spartianus.

Idem namque eſt Procurator Cæſaris & rationalis, qui ſcilicet in prouincia iudicat inter fiſcum, & priuatos, vt in vrbe Prætor à D. Nerua conſtitutus, ac proinde procurator Cæſaris de bonis fiſco vindicatis cognoſcit, vel iudicem dat, licet de crimine non cognoſcat, nec inter priuatos ius dicere poſſit, niſi forte vicem Præſidis tueatur, vt nonnumquam temporis cauſa Prouinciæ adminiſtratio legato, vel quæſtori Præſidis, vel rationali comittitur.

XX. De officio iuridici Alexandriæ. D. & C.

ALexandrinos iudice vno fuiſſe contentos quem Cæſar dediſſet Spartia-

nus ſcribit. hic eſt iuridicus de quo agitur hoc titulo. Cui poſtea adiecit etiam Seuerus ordinem decurionum. Strabo. lib. 17.

XXI. De officio eius cui mandata est iurisdictio. D.

PRoconſul mandare ſolet iuriſdictionem ſuam vni ex legatis, vel omnibus, ſed & Præſes. Itemque Prætor in vrbe nō tantum magiſtratus, ſed Prætor peregrinus vrbano, vt ait Liuius 24. mandato autem huiuſmodi transfertur in mandatarium iuriſdictio omnis, quæ iure magiſtratus competit, non etiam magiſtratus, non iuriſdictio quæ ſpeciali iure legeque competit, mandatam ſibi iuriſdictionem mandare alteri non poſſe manifeſtum eſt.

XXII. De officio adsessorum. D. & C.

ADſeſſores quoque non ſunt magiſtratus, ſed conſiliarii, & comites magiſtratuum vrbanorum, vel prouincialiũ, quibus hi mandauerunt ſuam iuriſdi-

ctionem delati ad ærarium, vel in commentarium Principis inter eos qui ſalaria ferunt de publico, vel conſiliarii iudicum à Principe datorum, vel procuratorum reip. nam & hi iudices erant, vt ait Paulus libro ſingulari de officio adſeſſorum, omne officium adſeſſoris, quo iuris ſtudioſi partibus ſuis funguntur, in his fere cauſis conſtat, in cognitionibus, poſtulationibus, libellis, edictis, decretis epiſtolis. Alexander Seuerus adſeſſoribus ſalaria inſtituit, ſæpe dicens ad rempub. eſſe promouendos qui per ſe rempublicam gerere poſſent, non per adſeſſores. Spartianus in Alexandro, idem in nigro, Huius illud fuit, vt nemo adſideret in ſua prouincia, qui locus ſatis indicat Nigrum imperatorem huius iuris autorem fuiſſe.

LIBER II. TIT. I.

DE IVRISDICTIONE. D. & C.

POſt genera magiſtratuum, & officia eorum, recte datur titulus generalis de iuriſdictione. nam iuriſdictio proprie no-

tio eſt, quæ iure magiſtratus competit, quæ enim mandata à magiſtratu, aut à lege, ſpecialiter magiſtratu delegata eſt, non iure ſuo competit, officio quidem magiſtratus continetur, ſed iuriſdictione non continetur. fallitur Accurſius hoc titulo, dum notat à ditione iuriſdictionem eſſe, cum ſit à iuredicundo. eſt verò aliud ius dicere, aliud iudicare. Ius dicebat magiſtratus, iudex iudicabat, & ius dicens nihil aliud quam Prætor. l. 12. D. de vulgari. 19. Quoties magiſtratus pro poteſtate aliquid facit, ius reddendo, imperio vti recte dicitur. Eſt autem imperium duplex, merum, & mixtum. merum dicimus purum ſolum, nec cum alio mixtum, l. 5. de verb. obl. vt habere gladii poteſtatē, & animaduertere in facinoroſos homines. mixtum eſt cui ineſt iuriſdictio, quod in danda bonorum poſſeſſione conſiſtit

II. QVOD QVISQVE IVRIS IN ALTERVM STATVERIT, VT IPSE EODEM IVRE VTATVR. D.

HOc titulo datur ſecundum edictum aduerſus eos qui in magiſtratu ius

dixerunt iniurioſè, vt eodem priuati iure vtantur, vt ſi præſcriptionem iuſtam poſtulanti non dederint, nec dabitur etiam eis, ſed non habita ratione præſcriptionis, creditoribus ſuis, ſi hoc deſiderauerint ſatisfacere compellentur, eadem æquitas eſt in eo, qui hoc idem poſtulauerit, & impetrauerit, ne debitores aduerſus eum præſcriptione vterentur. ius nouum, ius iniquum dicitur hoc titulo, quod non eſt omnino æquum, ſed tamen æquum eſt hac ratione, quod id eſſe æquum magiſtratus exiſtimauerit, ſtatuerit, vel dici fecerit. duo ſunt capita huius edicti, quorum alterum pertinet ad huiuſmodi magiſtratus, qui ius nouum, & iniquum ſtatuunt, l. 1. hoc tit. alterum caput coercet eos, qui ius nouum & iniquum, ſententiam aliquam, aliquodue decretum contra ius obtinuerunt aduerſus alios, vt ſi quis, exempli gratia, impetrauerit reſcriptum, ne debitor exceptione aliqua peremptoria vteretur dicta l. 1. verſi. Si. Duar.

III. Si qvis ivs dicenti non obtemperaverit. D.

PRoponitur aliud edictum aduerſus eum, qui ius dicenti non obtemperat, id eſt iubenti rem auferri, vel abduci, ſiue ſit reus, ſiue actor. nam & ſi actori forum quod ſequi cogitur, ſit incompetens; in eo tamen ius dici reo, in actorem poteſt ex mutua petitione. coercetur vero inobediens pœnali actione, videlicet, quanti ea res eſt, etiamſi nihil interſit, etiamſi non iure rem abduci, vel auferri iubeat magiſtratus. & meminit Dionyſius lib. 10. cuiuſdam antiquiſſimę legis de ratione mulctæ dicẽdæ à magiſtratibus, de qua & Gellius quoque aliquid ſcripſit, lib. 11. cap. 1. nã mulcta pœna pecuniaria eſt, qua magiſtratus pro modo iuriſdictionis ſuæ cõtumaces, & inobedientes coercet, l. ſi qua. D. de verb. ſig.

IV. De in ivs vocando. D. & C.

INitium fere agendi eſt vocatio in ius, id eſt, ſi vocetur aduerſarius ad eum qui

iuriſdictioni præeſt iuris experiundi gratia,id eſt vt de iure ſuo quiſque decernat poſtulata actione, poſtulata exceptione, & quodammodo intentata etiam vtraque, quo genere conceptio omnis futuri iudicii conſtituitur initium omnium actionum inſtituendarum dicitur proficiſci à titulo,de in ius vocando,in vlt.§.Inſt. de pœna teme.litig. Pãdectæ,initium faciunt à vocatione in ius, non ab editione actionis, & defendi poſſunt hac ratione,quod eodẽ fere tempore, & reus vocaretur in ius,& ei ederetur actio.nam facile conſtitui non poteſt editio vocatione, an vocatio editione tempore prior fuerit, coniunctæ potius & adfines videntur atque contiguæ. vocare in ius eſt ducere, vel trahere inuitum ad iudicem agendi gratia, à quo genere,hi quibus reuerentiam debemus honeſte non vocantur, niſi præmiſſa venia. Venia conſeruat reuerentiam illæſam. Magiſtratus quamdiu magiſtratu fungitur, in ius vocari non poteſt, item in ius non vocatur,qui equo publico in cauſa publica tranſuehitur. Tacitus Ann. lib. 2.quæ verba de tranſuectione, & probatione equitum ſolemniter recenſeri,& re-

cognoſci ſolitorum intelligẽda ſunt. *quand les gendarmes ſont monſtre.* aliæ perſonæ recenſentur in l. 23. & 4. quas in ius vocare non licet, veluti religioſi.

V. SI QVIS IN IVS VOCATVS NON IERIT, SIVE QVIS EVM VOCAVERIT, QVEM EX EDICTO NON DEBVERIT. D.

IN ius vocati ſequi protinus vocantem debent, aut ſatiſdare iudicio ſiſti, alioquin mutantur pro iuriſdictione iudicis.

VI. IN IVS VOCATI, VT EANT, AVT SATIS VEL CAVTVM DENT. D.

IN ius vocati ſequi protinus vocantem debent, aut ſatiſdare vel cauere iudicio ſiſti. Satiſdare eſt fideiuſſorem dare, non qualemcumque, ſed idoneum & locupletem, niſi is qui vocatur, ſit ex neceſſariis perſonis, quæ oblato qualicumque fideiuſſore, ſi nihilominus ducantur in ius, eadem eis promittitur actio pœnalis, quæ promiſſa eſt titulo de in ius vocando, vo-

catis ſine permiſſu Prætoris. Cicero ſeu Author ad Herenniũ lib. 2. lege ius eſt, vt eas in iudicium, non voceris.

VII. NE QVIS EVM QVI IN IVS VOCABITVR, VI EXIMAT. D.

HOc titulo coercetur is qui vim fecit, ne qui vocatus erat, in ius ſequeretur, duceretur ue data actione petitori, non in id quod intereſt, ſed quanti ea res eſt, pœnali igitur vt ex edicto, ſi qui ius dicenti non obtemperauerit.

VIII. QVI SATISDARE COGANTVR, VEL IVRATO PROMITTANT, VEL SVÆ PROMISSIONI COMMITTANTVR. D. ET DE SATISDANDO. C.

QVia dixit tit. 6. vt ſatis, vel cautum dent, conſequenter neceſſe fuit explicare qui ſatiſdent iudicio ſiſti, fideiuſſore dato locuplete, vel qualicumque, & qui caueant, vel nuda repromiſſione vel iurata, quod hic titulus abſoluit. repromittunt rerum immobilium poſſeſſores vel reſp. vt l. 6. iurato promittunt clariſſi-

Digitized by Google

mi viri, qualemcumque fideiuſſorem dant neceſſariæ perſonæ edicto comprehenſæ, idque propoſuit, titulo 6. hoc plenius exponit.

IX. SI EX NOXALI CAVSA AGATVR QVEMADMODVM CAVEATVR. D.

EStetiam hic titulus de cautione iudicio ſiſti quæ domino ſeruum deffendente noxali iudicio ita interponitur, vt ſeruum promittat dominus iudicio in eadem cauſa ſiſti. in eadẽ cauſa ſiſtere quid ſit videamus, inquit Vlpianus, & puto verius eum videri in eadem cauſa, qui ad experiendum non facit ius actoris deterius.

X. DE EO PER QVEM FACTVM ERIT QVO MINVS QVIS IN IVDICIO SISTAT. D.

HOc titulo qui dolo malo fecit quominus is qui cauerat iudicio ſiſti in diem, locumque certum eo die, locoue ſiſteret, in eum datur actio in id quod intereſt, quæ pro pœnali habetur, vt dicam 25. titu. 6.

Digitized by Google

XI. SI QVIS CAVTIONIBVS IN IVDICIO SISTENDI CAVSA FACTIS NON OBTEMPERAVERIT. D.

HOc vero titulo demonſtratur cōmitti pœnam ſtipulatione comprehenſam aduerſus promiſſorem qui deſeruit promiſſionem iudicio ſiſtendi cauſa factam, ſi modo non excedat duplum. hic enim eſt pœnæ modus legitimus in caſibus certis, in incertis vero modis pœna datur Prætoris arbitrio. at deſerentem excuſant certæ cauſæ, quæ hoc titulo explicantur ſi negotium fuerit tranſactum, ſi municipalis muneris cauſa, ſi ad teſtimonium deſideratus valetudine, vel tempeſtate, vel vi fluminis prohibitus ſe ſiſtere non poſſit, exceptione adiuuatur. Sunt & aliæ cauſæ, quæ in hoc titulo recenſentur.

XII. DE FERIIS, ET DILATIONIBVS, ET DIVERSIS TEMPORIBVS. D. ET C.

DEſerentem promiſſionē iudicio ſiſtēdi cauſa factam, & non veniētem

XIII. De edendo. D. & C.

EST autem edere actionem, demonſtrare ſpecialiter genus futuræ litis, vel exprimere ſpeciem, & nomen actionis, editio, præparata, & indicium litis conteſtatio initium litis atque iudicij, & de editione actionis tantum in hoc titulo, aliæ leges pertinent ad quæſtiones, adfines, an reus edat actori rationes ſuas, an actor reo, an acta publica edantur. Cuilibet poſtulanti, ad edicta de edendo propriè non pertinent, quæ ſunt tantum de edendis actionibus, & inſtrumentis, & de edendis rationibus argentariorum.

Digitized by Google

EPISTOLA BERNARDI AVTVMNI AD CAROLVM VINEANVM ex ſorore nepotem, De ratione docendarum, diſcendarumque Inſtitutionum conſcripta.

AMicitiæ parentum recte in liberos transferuntur, vt charitas ſimul inita ſucceſſoribus eorum hæreditario iure proficiat, quo nomine te diligo, Nam & matrem tuam ſemper dilexi, ſed dilectionis ſpecimē tibi oſtendam: Inter alia ſigna optimæ indolis, hoc præcipuum in te eſt, quod cupis foro noſtro non obſcurus accedere. Quæris enim, qua ratione diſcendæ ſint inſtitutiones; En penes te habes præcepta, quæ quondam tradita ſunt ab illuſtriſſimis illis Iuriſconſultis Duareno & Cuiacio. Aſſerunt enim non ſolum inutilem, ſed &

perniciosſum eſſe laborem eorum, qui libellum inſtitutionum maximus inuoluunt commentariis, quorum opera luditur, ac eorum qui centones Homeri, ex Homero, Virgilij, ex Virgilio interpretantur. Et ne te diutius ſuſpenſum teneam, audi quid de interpretibus illis ſentiant Cuiacius & Duarenus.

CViacius lib. XI. cap. 38. obſeruat. ex libris Iuris ciuilis, quibus ſolis nos vti Iuſtinianus voluit in reſpondendo, litigando, iudicando, libello inſtitutionum, neque comptior, neque facilior vllus eſt, quive interpretem deſideret minus, vt plane illorum videatur eſſe otium ignobile, qui eum libellum longiſſimis onerant commentariis, quod poſitum eſt in vna cognitione in infinita diſpartientes, quo ſcilicet plura ſcire videantur, vt illis quidem videtur, noſtro iudicio oſtentatione vana, quo cæteris nihil ſcire videantur: Nam quæ inſcitia hęc eſt, quæ modum non habet vllum, quę fines ſuos egreditur, quę tota deerrat à pręceptis ſuis, & ſummo illo, pręſertim nec à Iuſti-

niano prætermiſſo, vt incipientibus iura tradantur leui, ac ſimplici via, ne difficultate inſtitutionis tam numeroſæ, atque perplexæ ab hoc ſtudio deterreantur, quę me ratio potiſſimum impulit olim, vt corrigendo inſtitutionum contextui, qui hiabat locis pleriſque, potius quã interpretando operam darem, ſciebam enim nitidiſſimum libellum interprete nihil indigere.

DVarenus in Epiſtola ad Andreã Guillartum. Si igitur mihi iuuenis in iure ciuili detur inſtituendus, explorabo primum ac perſpiciam, an his literis, quibus tinctum eſſe eum oportet, qui non tam leguleius quàm Iuriſconſultus, ac vt Gręci dicunt πολιτικὸς ſit futurus, mediocriter ſaltem inſtructus ſit. Nam ſicut Ageſilaüs dicebat in officinam fullonis lanam deferendam non eſſe: Ita magno in errore verſari eos exiſtimo, qui cũ literis Græcis ac Latinis, ne imbuti quidẽ ſint, intempeſtive, & illotis (quod aiunt) pedibus ad iuris ciuilis ſtudium irrumpunt. Ac ſi mihi quidem videbitur ab iis rebus non omnino imparatus eſſe, quæ viam ad co-

gnoſcendum ius ciuile muniunt, hortabor eum ante omnia vt libros quatuor Inſtitutionum accurate legat atq; ediſcat: quos magna ex parte, vel abſque doctoris opera per ſe ipſe aſſequi, & intelligere poterit. Quia tamen viua pręceptoris vox maiorem fere vim habet, quàm lectio, nec ſicut præceptor ita libri dubitantibus nobis, vt ait Plato, ſatis cõmode reſpondent, hoc quoque adiumento laborem eius minuere, ac ſubleuare conabor; ſed ita, vt pręter ſimpliciſſimam quandam, & breuiſſimam obſcuriorum vocum, & propriarum huius artis explanationem, nihil à me accipiat. Quod cum paucis menſibus perfectum à nobis fuerit, is, ſi me audiet, eandem crebro repetet lectionem, ac tandiu leget, relegetque quoad memoriæ penitus hæſerint, quæcumque illis libris deſcripta ſunt. Eſt autem ea Iuſtiniani Iſagogę, tam artificioſe contexta, vt ſi quis οἰκονομίαν eius atque ordinem, quo nihil eſt ad memoriam iuuandam vtilius conſiderauerit, adhibita mediocri diligentia, facile totam recitare memoriter queat.

Digitized by Google

EX EADEM EPISTOLA *Duareni, quæ inſcribitur: De ratione docendi diſcendiq; iuris.*

HOc veluti iacto gradu, ad Pandectarum lectionem progrediendum erit, quæ (vt nomen ipſum indicat) vniuerſam boni, & æqui ſcientiam, atque doctrinam complectuntur. Sed ne rerum infinita prope multitudine, & varietate obſcuriorum præſertim, & perplexarum, quæ his libris diſputatæ ſunt, paulo rudius adhuc ingenium obruatur, facturus mihi videor operæ pretium, ſi titulos ipſos, eo quo deſcripti ſunt ordine à Triboniano, leui ac ſimplici interpretatione percurrero, Et tanquam in tabula depinxero, quid ſub quoque ſummatim contineatur. Ac in ſingulis fere edictum aliquod à prætore propoſitum videas, cui ex Vlpiano aliiſque veteribus conſultis ſubiecta ſit interpretatio. Quod qui non animaduertunt, quia ſcopum non vident, ad quem referenda ſint omnia, maximis ſępe & grauiſſimis erroribus implicantur.

Errata ſic corrigito.

Folio 26. linea 4. lege det militi, non dementi. folio 29. linea 7. lege proponitur nõ proponunt. folio 41. linea 4. lege certis indiciis, Non iudiciis. folio 44. linea 16. lege fructuarij ius, non fructuarius. folio 47. linea 14. lege & annos, non eſt annos. folio 48. linea 17. lege iubetur, non habetur. folio 55. linea 11. lege æſtimationem non exiſtimationem. folio 121. linea 20. lege non obeſt. folio 194. linea 15. lege pro iure eſt, non in re eſt. folio 203. linea 15. lege inutile erit, non inutiæ erit. folio 235. in titulo lege nullæ extabunt folio 255. linea 1. lege dignitate, non dignitatem. folio 267. linea 3. lege pœna atque infamia. non pœnæ. folio 338. linea 13. adde poſt conferre, iuſſis. folio 343. lege nec emendũ, non mendum. folio 336. linea penultima, lege diſcernuntur, non diſcernunt.

Reliqua æquus lector animaduertet, & corriget.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google